Ariſtotelis liber de mundo interpꝛe te Jo. Geneſio Sepulueda Coꝛ dubenſi artium ⁊ theolo gie doctoꝛe ⁊ philo ſopho celebꝛi ⁊ eruditiſſi mo.

AD HERCVLEM GONZAGAM PRINCIPEM MANTVANVM Io. GENESII SEPVLVEDAE PRAEFATIO IN LIBRVM DE MVNDO A SE E GRAECO IN LATINVM CONVERSVM.

LIBER de mundo ad Alexadrum cuius authoris opus ſit, nõnullos q̃ſiuiſſe nihil mirum uideri debet, Hercules Gonzaga princeps humaniſſime. Nullum eſt.n. opus tãto cõſenſu Ariſtoteli tributũ, quod nõ ſæpe in hanc quæſtionem a doctiſſimis uiris uocatũ uenerit. Nec ſolum ab iis, qui nõ pridẽ græce huius Philoſophi ſcripta diuerſis tẽporibus enarrarũt, Alexãdrũ dico Aphrodiſeũ, & Alexandro iuniores, ſed ab illis etiã, qui nõ ita longo tẽporis interuallo Ariſtotelem ſecuti ſunt. prorſus ut ethicorũ libri ab Ariſtotele ne, an, ab eius filio Nicomacho, ſcripti fuerint, cicero parũ ſuo tẽpore inter doctos cõuenire ſignificauerit. Verum hac in cauſa, ut mihi quidẽ uidet̃, nõ tam ſpectari debet. a quo authore opus quodq; cõfectũ ſit. (id.n. certis indiciis explorare difficillimum eſſet, aut fieri fortaſſe nequiret. ſiquis opus a ſe ingenioſe in hoc cõparatũ de induſtria ſuppoſuiſſet) quã quo authore dignũ eſſe uideat̃. porro liber hic de mundo, tã docte, tam elegãter, tã doctrinæ peripateticæ cõuenienter ſcriptus eſt, ut merito eorũ inualuerit opinio, a quibus Ariſtoteli tribuit̃. paucis ab eo reuocãtibus, qui tamen Theophraſto dignũ eſſe iudicarũt. uiro nomen a diuina eloquẽtia nato, et quẽ Ariſtoteles moriẽs ſui loci & magiſterii ſucceſſorẽ tradit̃ delegiſſe, quã partem ſi cui pertinatius ẽt nunc tueri libuerit, haud equidẽ ponam in magno diſcrimine. modo conſtet dignũ eſſe opus, in quod nõ minus operæ, & ſtudii ponatur, q̃ in quoduis Ariſtotelis ſcriptũ. uel Lucio Apuleio teſte qui libꝝ et ipſe de mũdo ſcribẽs ab hoc pleraq; omnia mutuatur. dum ſe Ariſt. & Theophraſtũ ſequi profitetur. qui tñ ſi ut iterpres ſpectet̃ multa ommiſiſſe, addidiſſe, præter authoris mentem conuertiſſe, ſin ut author pauca p ſe parta præter horridam & confragoſam elocutionem more ſuo contuliſſe argui poteſt. quibus cauſis accedentibus ad cõmunes quæ me ad cætera Ariſt. opera conuertenda impulerant, hunc quoq; librum e græco in latinum conuerti. quem ut ſub tuo patrocinio in manus hominum emitterem, effecit non ſolũ claritas tui nominis quo mea ſcripta illuſtrari mihi fuit peroptabile, & ſtudiorũ cõmunitas amoris maxima conciliatrix, quæ res me totũ in tui obſeruãtiam traduxere, ſed ea uel imprimis ſingularis beneuolentia, quã nuper erga me nõ obſcuro documento declaraſti. cum inuidiam in me uel ipſorum (ut ſcis) omniũ, qui me fruſtra oppugnabant publica demũ confeſſione iniuſte & ingrate cõflatã ualere noluiſti. quæ hoc fuit mihi gratiſſima, qđ a nullo meo in te merito proficiſcebatur, ſed a ſingulari tua humanitate, & nonnulla fortaſſe opinione, quã de meis ſtudiis præceperas. hoc.n. munuſculũ quãtuluncũq; eſt, grati mei animi tibiq; addictiſſimi teſtimoniũ eſſe uolui, quem librum ſi Paulo intentiore cura legere tãti putabis, magno is mihi crede, tibi erit adiumẽto ad ſtudia metereologica quæ licet nũc in Bononiẽſi gimnaſio, cui tu es præcipuo maximoq; ornamẽto, doctore. P. pomponatio celeberrimo philoſopho æmuleris adiutus acri ingenio, nec mediocri eruditione Io. Frãciſci furnii omnium horarum iuuenis & ad ſummã doctrinã ſpectari Ipſa tamẽ huius libri lectio per ſe tibi nõ mediocriter ad eadem opitulabitur. Multa.n. quæ in illis libris Ariſt. diffuſius diſputarat, in hoc uelut ſummatim repetita perſtringuntur. Nõnulla quæ illic prætermiſſa fuiſſe uideri poſſunt, hic explicatur latiuſcule. Tum author nullã mũdi partẽ intactam relinquit inſularũ terræq; deſcriptionẽ q̃ græci γεωγραφίαν dicunt, ſcite & elegantiſſime perſequit̃. De deo plurima dictu pulcherrima ac ſcitu digniſſima ediſſerit. Opus eſt deniq; quod ſi nõ ope interpretãtis, at ipſa ſui cõtẽplatione, ut ait mela, pretium operæ attendentium abſoluat. Vale. et quod facis philoſophiam cole, quæ quã ſit principibus digna Iam te author in ipſa protinus huius libri pfatione docebit, dum ad eius ſtudium Alexãdrũ euntẽ (ut aiũt) excitat, et cohortatur, qui hac doctrina excellere deſiderabilius ſibi eſſe, quã multis populis dominari ipſe in quadã epiſtola ad Ariſt. ſcripta clara confeſſione teſtatur. Ac ut fias ad capeſcẽda ſtudia philoſophiæ occaſione librorũ alacrior, ſcito me Alexãdri Aphrodiſiei diuinã illã enarrationẽ in oẽs libros metaphy. Ari. e græco in latinũ conuertẽdi prouinciam ſuſceptã urgere. Ex cuius operis lectione latini Philoſophi, quibus ante hac fuit incognita, ſi quẽ fructũ perceperint, percipient autẽ, ut affirmare audeo, uel maximũ, hũc debebunt diuino uiro & nato adiuuanda in primis ſtudia litterarũ Iulio medicæ cardinali. cuius uoluntatem honeſto laboris ꝓpoſito præmio & ſtudioſe & libenter exequimur. Romæ Cal. Auguſti. M.D.XXIII.

LIBER ARIS. DE MVNDO INTERPRETE Iō. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

CVm multis in locis philoſophia res diuina,
certe pluſq̃ humana uiſa mihi eſt Alexãder,
tum in eo maxime, quod ſola hec in rerum
cõtemplationem ſublata, ueritatem in his de
liteſcentem, perſpicere, ſtudioſe conata eſt.
A qua ueritate, cæteris longo interuallo ob rei
ſublimitatem, et magnitudinem abhorrenti
bus, eadem negotium minime uerita, haud ſe
pulcherrimarum rerũ dignitate inferiorem
putauit. Sed illarum cognitionem ſibi maxime cognatam, ſeq; imprimis
decentem exiſtimauit. Nam cũ corpore ad locũ cæleſtem peruenire, eãq;
regionem, relicta terra, oculis ſubiicere non liceret, ut quondam aloadæ
furore Perciti cogitauerunt, anima per philoſophiam intellectum ſecuta
ducem, in ſublime abiit. et uiam indefeſſam nacta, res locis inter ſe diſtan
tiſſimas, mente, et cogitatione comprehendit. Credo, haud magno nego
tio perſpectis, quæ ſibi cognata erãt. Et diuino animæ oculo res diuinas
rimata, hominibus eas uatum more prodidit. Quam prouinciam obeun
dam pro uirili parte ſuſcepit, cupiens cunctis mortalibus præmia ſuo la-
bore parta liberaliter impartiri. Vt non inmerito ſubeat miſeratio, quoſ-
dam puſillo animo, unius uel loci ingenium, uel urbis ſitum, uel fluminis
magnitudinem, aut montis amenitatem accurate nobis deſcripſiſſe. Qua
lia nõnulli ſunt carmine modulati, hic oſſam, ille nyſſam, eſt qui corycium
antrũ, et alii itẽ alia carptim, quæ ſors obtulit, celebrarunt. Res nẽpe mi-
nime egregias demirati, et impendio ſibi exigua comentatiuncula placen
tes. Quod his accidit, dum maiorũ rerum, mundi dico, et mundi maxi-
marum partiũ ignoratione uerſantur. Nam cum ab horum cognitione
longe abeſſent, cæterorũ quidpiam admirabãtur. Omnia mehercule par
ua putaturi, et ducturi pro nihilo, ſi ad horum præſtantiam ſpectaſſent.
Nos ergo cuncta hæc diſcutientes, diuinum ſermonẽ, quatenus licet, præ
texamus. ac naturã. ſitum. motũq; ſingulorũ explicemus. Te uero impe-
ratorũ optime, maximarũ opinor, rerum cognitio uel in primis decet, et
philoſophia præditum nihil paruũ cogitare, ſed eius beneficio optimis
quibuſq; te ducem exhibere.

EST ergo mundus cæli, terræq; ac naturarũ, quæ in his cõtinentur, con
ſtitutio. Sed et aliter mundus dicitur omniũ rerum ordo et ornamentũ

adeo et per deum conſeruatum. Huius medium immotum et cõſtans ui talis terra ſortita eſt. Varii animantium generis domicilium et parens. Quod ſupra terram eſt totum prorſuſq; terminatum. in ſumũ dei habitaculum cælũ appellatur. diuinis refertum corporibus, quæ aſtra conſueuimus nuncupare. Aeterno motu cietur. unoq; circũflexu, et ambitu horum omniũ chorũ ducit. nullo æuo finem mouendi facturum. Sed cum cælum uniuerſum mũduſq; in ſpeciem orbis globatus irrequieta ut ſtatim diximus, uertigine circũagatur, duo tamẽ ſigna eregiõe oppoſita immobilia neceſſario habentur. ceu intorno ſphæra rotetur. quæ ſigna immobilia conſtantiaq; ſphæram conſtringunt. et totus mũdus circa ea mouetur. Mundus ergo in orbem uerſatur. Ea uero ſigna uertices appellare libuit. per quos ſi putauerimus rectã lineam applicari, quã axem quidam dixerunt, dimetiens erit mundi, quæ terrã mediam obtineat, terminetur autem duobus imotis uerticibus. Quorũ, qui ſemper conſpicuus ſupra nos exiſtit, plagã ſeptẽtrionalẽ premit, arcticus appellatus. Alter qui ſub terra ſemper occultatur, antarcticus dictus, auſtralem.

Porro cæli aſtrorũq; ſubſtantiã æthera nuncupamus. non quod ardeat ob igneam naturã, ut quidam putauere. decepti circa facultatem ab igne nimiũ alienam. Sed quod ſemper currat in orbem agitata. Eſt enim elemẽtũ a quattuor longe diuerſũ. nec interitui obnoxiũ, et plane diuinũ.

AD hæc aſtra quæ cælo inſita ſunt, partim ſine errore cũ uniuerſo cælo in eiſdẽ, ſtatiſq; ſedibus uerſantur, quorũ mediũ tenet obliquus circulus ſignifer dictus, qui ſolſtitia circũducitur, in duodecim animaliũ regiones particulatim ſectus, partim magno errore, nec prioribus nec iter ipſa pari uelocitate moueri apta ſunt. Sed in diuerſis orbibus mouentur. quo fit, ut hoc depreſſius ſit, illud ſublimius. At licet aſtra cõſtantia in una ſuperficie uniuerſi cæli mouentur, eorum tamẽ multitudinem indagare ſupra captũ eſt humanæ mentis. Nã errantia in ſeptem redacta partes, in totidem orbibus habent ſic ordine collocatis, ut ſemper ſublimior inferiore capacior ſit. et ſeptẽ mutuo complexu nectantur, omnes tamẽ ſub conſtantium ſtellarum orbe contenti. A quo proximus eſt, eiq; cohærens, is cui phenonis ſimul ſaturniq; nomẽ inditum eſt. Deinde phaethontis, Iouiſq; dictus. tum pyrois qui et ipſe in ambitu nominũ eſt, herculis et martis dictus. Ad hoc ſtilbon orbis. quẽ mercurii templũ libuit quibuſdã uocitare. alii apollinis maluere. Hunc luciferi ſequitur ueneris anõnullis dictus. Iunonis ab aliis. protinus ſolis. poſtremo lunæ. qui tellure tenus deſinitur. Ac æther quidem diuina corpora complectitur, et motus ordinem tenet.

AB ætheria diuinaqꝫ natura, quam certam, ĩmutabilem, inuariabilemqꝫ, et affectionis expertem eſſe affirmamus, proxima et continens ea eſt quæ per cuncta patibilis eſt et uerſatilis et (ut ſemel dicã) interitui ac morti opportuna. Cuius prima pars tenuis eſt ac ignea ſubſtantia. ab aetheria natura ob eius magnitudinem et motus rapacitatem inflãmata. In qua ignis regione, quæ et in certa dicitur, faces emicant. uibrantur flammæ. Itẽ trabes hiatus. crinitæ interdum conſiſtunt. Sepius celeriter extinguntur. Ab hac protinus aer diffunditur caliginoſus ille quidem et gelida natura. Sed qui amotu illuſtratus, ac ſimul inflãmatus lucidior et calens redditur. In hoc qui et ipſe uim habet affectionibus obnoxiam et plurifariã uariatur, nebulæ coguntur. hinc imbres decidunt. hinc niues. hinc pruinæ hinc grandines hinc uentorum flatus, typhonũqꝫ. Iam tonitrua, fulgetra, Ruentiaqꝫ fulmina, et mille turbinum pugnæ.

POST aeream naturam terra, pontuſqꝫ firmata cõſiſtunt. Terra ſtirpibus. animantibus. fontibuſqꝫ ſcaturit. item fluminibus. quorũ pars ſe per terram euoluit, Pars abſorpta in pontum emergit. Variatur præterea herbarũ mille generibus, excelſis montibus, nemoroſis ſiluis, urbibus prudentia mortalium ædificatis, inſulis demum marinis et continentibus. orbẽ igitur plurimus hominum conſenſus in inſulas et cõtinentes ſecuit. ignorantium uniuerſam terram a circũfluente Oceano unam inſulam effici. Quãq̃ credibile eſt, complures alias hac partim maiores partim minores longo ſeiunctas interuallo oppoſitis fretis allui. omnes hac excepta oculis noſtris incognitas. quales enim ſunt inſulæ noſtræ, ſi cum his pelagis conferãtur, talis eſt terrarum orbis, atlantico mari cõparatus. Sed et alias complures inſulas efficit Oceanus, Nam et hæ inſulæ, magnæ ſunt, quæ magnis pelagis intercluduntur.

HVMOris autem uniuerſa natura, quæ per maculas telluris extãs terras reddit habitabiles, proxima eſt ab ſpirabili natura. Tum parte infima uniuerſa terra in medio mundi librata premitur. conſtatqꝫ imota et ſtabilis.

ET HOC eſt mundi omne, quod infra uocamus. Hæc igitur quinqꝫ elementa, quæ globoſa figura totidem regionibus conſtant, uniuerſum mundum conſtituunt. quarum regionum ſemper minor a capatiore cõtinetur. ut terra ab humore, hic rurſus ab aere. aer ab igne. ignis ab æthere. Mundi uero ſupremã partem deus ĩmortalis ſibi in domiciliũ uẽdicauit, infima ceſſit mortalibus animantibus. quæ qua ab humore obtinetur flumina riui et maria ſolet nuncupari, qua ſicca eſt terra et continens, ac inſulæ dicitur.

INSVlarũ q̃dã per magne ſunt. qualis, quẽ terrarũ orbẽ dicimus. et ple-

acq; aliæ, quibus uaſta maria circum funduntur. Aliæ uero minores. Ha rum intimæ nobis notæ ſunt. quarũ memorabiles habentur Sicilia, Sardinia, Corſica Creta, Euboea, Cyprus, Leſbus. ſed et aliæ his etiãnum minores exiſtunt quarũ ſunt ſporades, Cyclades, et aliæ aliis nominibus appellatæ. Pelagus autem, quod extra orbem patet atlanticum dicitur, et oceanus. qui nobis circũfuſus eſt. Is ab occaſu per colũnas herculeas anguſto freto terras aperit, atq; in noſtrũ mare influens uelut portum efficit. Tum paulatim longe lateq; diffunditur, magnos ſinus inter ſe cõnexos complectens. Et iam ſe in arctum colligit. Iam ſe rurſus laxat, atq; dilatat. Primã ergo Herculeas colũnas legentibus duplicem dextra ſinum occurrere aiunt. quæ magnæ paruæq; ſyrtes uocantur. Læua autẽ haud ſimiliter ſinuatus tria maria efficit. Sardoum, gallicum, et adriaticum. Deinde ex obliquo ſiculum. Tũ creticum. cui ægyptium hinc, et pamphylium, ac ſyriacũ, illinc ægeum et myrtoum cõmittuntur. Prædictis occurrit pontus in multas ſciſſus partes. Cuius intimum mæotis dicitur. extimum, quod uergit ad helleſpontum, anguſtis faucibus pro pontidi coniungitur. Rurſus a ſolis ortu influens oceanus indicũ ac perſicum aperit ſinũ. et accepto mari rubro continuo tractu ſeſe oſtendit.

AD alterũ uero cornu, ubi anguſta et procera ceruice procurrit, rurſus ſe in latum effundit Hyrcanos caſpianoſq; definiens. Quod ſequitur locum obtinet profundũ e ſuperiore parte mæotidi lacui reſpõdentẽ. Tum ſup ſcythiam galliãq; terras paulatim arctat e regione gallici ſinus et Herculis, colũnarum quas ſupra memorauimus extra quas oceanus terras ambit. In hoc duæ maximæ inſulæ albion, et ierna britanicæ cognominatæ prædictis capatiores ſupra galliam iacent. Quibus nihilo minores Taprobana ultra indos obliqua continentẽ aſpicit. et phebol appellata in ſinu arabico iacet. Complures autem paruæ inſulæ circũbritanicas hiſpaniãq; ſitæ uelut corona cingunt hunc orbẽ, cui inſulæ nomen indidimus. Cuius latitudo, qua contineus maxime patet. xl. circiter ſtadiorum millia dilatatur. ut qui ſcrupuloſius de ſitu orbis ſcripſere, tradunt. Longitudo plus minus ſeptuaginta admodum millia.

DIVIditur aũt hic orbis in partes tris. Europam, Aſiam, et Africã Europa eſt, quæ per ambitum definitur Herculis colũnis, ac ponti receſſu, hyrcanoq; mari. qua anguſtus iſthmus in pontũ decurrit. Poſt quem iſthmum nõnulli tanaim eſſe dixerunt. Aſia eſt, quicquid ab eo interſtitio ponti, et maris hyrcani, uſq; ad alterum iſthmum, qui ſinum arabicũ a mari noſtro diſcernit, ambitu maris et noſtri et Oceani itercluditur. Li cet ſint, qui a tanai uſq; ad nili oſtia aſiæ finem ſtatuerint. Ab arabico

iſthmo,

iſthmo, uel, ut alii tradũt, a nilo ad herculis colũnas qdqd terrarum iacet,
Africa eſt. Aegyptũ, quæ nili oſtiis intercipit alii Aſiæ tribuunt, alii Africæ
aſſignãt. Iã uero inſulas quidã ab hac eximunt cõputatione. ſunt, qui cõti/
nentis terræ proximis ſemp partibus adſcribãt. Ac terræ quidẽ et maris na·
turã ſitumq;, quẽ orbẽ dicere cõſueuimus, ad hũc modũ enarrauimus. iam
de affectionibus, quæ in ipſo, et circa ipſum relatu digniſſimæ contingunt,
neceſſaria quæq; perſtringentes diſſeramus:

AB hoc. n. orbe in aerẽ, qui ſupra nos eſt, bini halitus efferri nunq̃ itermit
tunt. partiũ tãta exiguitate, ut uidere nõ ſit. Niſi q; ſub ſolis ortũ qui a flu/
minibus humoribuſq; exhalant, cõſpicui efferũtur. Quorũ alteri ſicci ſũt,
et fumidi. ſcilicet qui a terra euaporant. alteri humidiores, et uaporoſi. qui
ab humoribus expuunt. Ex his nebulæ, rores, pruinæ, nubes, imbres, niues,
grãdines, gignũtur. Ex ſiccis uenti, ac flatuũ diſcrimina. Itẽ tonitrua, corru
ſcationes, turbines, fulmina, et cætera, quæ his cognata ſunt. Eſt uero nebu
la uaporoſus qdã halitus aquæ minime fœcundus. qui ut aere denſior eſt,
ſic nube rarior. Gignitur aũt uel ex raritate, quæ nubibus pro principio eſt, Nebula
uel ex harum reliquiis. Huic ſerenitas, ut eſt, ſic dicitur eſſe cõtraria. quæ ni
hil eſt aliud, niſi aer nubibus, nebuliſq; purgatus. Ros eſt tenuis humor, q
ex ſereno aere concretus defert. glacies eſt humor denſus, qui ex ſerenitate
coiuit. Pruina, Ros concretus. rori pruina, ros ſemicõcretus. Nubes uaporo
ſum craſſamẽ, quod mutua fœcũditate aquã ex ſe regenerat. Imber ex bene
concreta nube exprimitur, gigniturq;. Habet autẽ pro huius exp̃ſſionis ua
rietate diſcrimina. Quæ ſi lenis fuerit, molles guttas diſpergit. ſin uehemẽs,
pleniores. quæ pluuia uocat, Imbre maior, perpetua uertigine in terrã dela
ta. Nix generat ex cõcretarũ nubiũ excuſſionę ante, q̃ in aquã trãſeant, re/ Nix
ſciſſarũ, ſpumeæ autem albẽdinis inſciſſio eſt in cã, frigoris, concretio inſiti
humoris nõdũ effuſi, nec rarefacti. Hæc ſi cũ uehemẽtia et dẽſitate decidat,
procella eſt, a græcis niphetos dicta. Grãdo efficit, cõuoluente ſe nipheto, νιφετος
et grauitatẽ ex cõſtrictione ſumẽte, in celerẽ deſcenſum. Pro magnitudine
autẽ harũ excuſſionũ grandines, tum maiorẽ molẽ, tum deſcenſus uiolen/
tiores ſortiuntur. Atq; hæc quidem ex humente halitu cõcidere ſunt apta.

EX ſicco autẽ, cũ a frigore ſic impellitur, ut diffluat, uẽtus efficitur. qui ni/
hil eſt aliud, q̃ plurimus cõfertuſq; aer, qui et ſpũs nũcupatur. quãq̃ et ali/
ter ſpũs intelligitur animalis et fœcũda ſubſtantia, per cuncta meabilis plan
tis et aĩalibus inſita. De qua hoc in loco nihil eſt neceſſe diſſerere. At ſpũs,
qui flant in aere, uentos appellamus. Auras, qui ex humore ferũtur, flatus.
Porro uentorum, qui ex humẽti terra ſpirant, apogei dicuntur. Encolpiæ,
qui ex ſinibus. Quorũ aliquid habẽt æmulũ, qui e fluminibus, et lacubus
efflant. Qui uero ex ruptione nubis efficiuntur, quidpiã ex reſciſſa craſſi/

tudine trabentes ecnephiæ uocãtur. iidem ſi nubes uniuerſa cũ aqua rum-
patur, exhydriæ nomẽ habẽt. Ad hæc uẽtorũ, qui ab exortu ſolis cõtinẽtes
efflant, uulturni nũcupantur. Aquilones, qui a ſeptẽtrione, fauonii ab occa
ſu. Auſtri a meridie. At ex uulturnis qui flat ab exortu æſtiuo, cæcias dicit.
ſubſolanus, qui ab æquinoctiali, uulturnus, q abrumali. Rurſus ex oppoſi-
tis fauoniis chorus qui ab occaſu æſtiuo, a nõnullis olympias, ab aliis iapix
noiatus. fauonius, ab occaſu æqnoctiali, africus abrumali. Aqlonũ is pro-
prie cẽſetur hoc noie, qui poſt cæciam ſtatuit. Nã qui ꝓtinus a uertice flat
per meridiẽ, ſeptẽtrio dicit. thraſcias, qui chorũ ſequit, cæcias a nõnullis di-
ctus. Auſtrorũ is ꝓprie ſibi hoc uẽdicat nomẽ, qui ab occulto nobis uertice
ſeptẽtrioni ad uerſus defert. Euronotus q iter eurũ et notũ .i. uulturnũ et
auſtrũ ſpirat, cui e diuerſo inter Africum et auſtrum libonotus reſpondet,
uel ut alii appellant libophœnix.

EST et alia uẽtorũ partio. Nã qdã recte ſpirãt. ut qui ulterius i rectũ efflãt.
Alii flectunt, ut cæcias appellatus. Præterea qdã hyeme dominant, ut au-
ſtri, alii æſtate, ut quos eteſias appellamus. qui ex flantibus a ſeptẽtrione, et
ex fauoniis temperantur. Nam qui uerno tempore flantes ornithiæ dicun
tur, ii genere aquilones ſunt.

SED uiolẽtorũ flatuũ categis eſt, qui deſuꝑ repẽte ferit. Thyella uehemẽs
ſpũs, et repente ꝓſiliens. Lelaps et ſtrobilus q cõglobatus ab imo ſe ſurſum
attollit. Anaphyſema q ex terræ uel ꝓfundo, uel hiatu redditus in ſublime
fert. qui ſi plurimus ſeq̃ cõuoluẽs feratur, terreſtris ꝓſter exiſtit. Spũs autẽ
quẽ nubes craſſa humidioreq̃ cõcluſerat, cum fiſſa continẽte illius rotũdita
te ui erumpit, magnũ fragorem, magnãq̃ plagã inquutiens. inſtar ſpiritus
in aqua uehementer impacti, tonitru nũcupatur. Idem ſi erũpendo incen-
datur, et luceat, fulgetrũ dicitur. qđ editũ poſt tonitru, prius tamẽ ꝑcipit.
uiſu auditũ ſuapte natura ꝓuertẽte. Nã uiſibile ex lõgo etiã interuallo con
ſpicitur cum audibile non ante percipiatur, quã ad aures peruenerit. Præ-
ſertim cum illud ſit rerum uelociſſimũ .i. ignea natura, hoc uero, quod ictu
perfertur ad aures, minus uelox, utpote aereũ. Quod ſi corruſcans cõcepto
igne ad terram cum uiolentia decurrat, fulmen dicitur. Nam ſi fuerit ſemi
inflãmatus, uehemẽs alioquin, et confertus, ꝓſter nomen habet. Si prorſus
abſq̃ igne typhon. quãq̃ horũ quidq̃ ſceptos, qđ ieruat in terrã appellat.
Porro fulmina, q̃ cõburũt, Pſoloẽta nũcupant. q̃ celeriter diſcurrũt arge-
tes. Eliciæ q̃ lineæ ſpẽm ꝓferẽtes deferũtur. Scepti, quæ in aliqd impingũt.

AD ſũmã oſtẽtorũ, quæ in aere monſtrãtur, quædã ſpẽ tãtũ, alia re quoq̃
ſubſiſtunt. Illius generis exempla ſunt arcus cæleſtis, et uirgæ, cæteraq̃ ta-
lia, huius ſelas, argetes, crinitæ, et his finitima. Eſt ergo cæleſtis arcus,
ſpecies ſolaris lunariſue particulæ in humente et caua nube, et quæ con-

tinua eſſe uidetur. quæ ſpecies uelut in ſpeculo conſideratur per orbis cōnexum. Virga eſt arcus ſpecies ſed recta: Area uero ſpecies ſplēdoris, quæ circū aſtrum lucet. Quæ ab arcu diſcrepat, quoniā hic aduerſo ſole lunaq; conſpicitur, area uero totū aſtrum uelut corona cingit. Selas eſt incenſio denſati ignis in aere. quo in genere, nōnulla uibrantur, pars conſiſtit imobilis. Eſt autem uibratio generatio ignis ex conflictu, qui ignis celeriter in aere fertur, et ob celeritatē ſpeciem præbet longitudinis. Status uero procera citra lationē dilatatio, et tanq̄ aſtri fluxus. qui ſi in alterutram partem explicatur, crinita dicitur. Sæpe itē horū pars diutius durat, pars protinus aboletur. Sed et alia oſtentorū complura genera conſpiciuntur, faces, trabes, dolia, foueæ, quæ nomina ex ſimilitudine mutuantur. Alia item ad orientē, quædam ad occaſum, ſunt quæ utrobiq; monſtrentur. ad aquilonē auſtrūq; per raro. Sed oīa inconſtantia, Neq; enim memoriæ proditū eſt, quodpiam in hoc genere ſemper conſpicuū permanſiſſe. Ac opera quidem aeria adhunc modū ſeſe habent.

TERRA uero in ſe, ut aquæ, ſic ſpiritus quoq; ignis fontes non paucos habet. Sed horū quidā ſub terra latent, aliis patēt ſpiracula, quibus flatus exercent, ut in lipara etnaq;, et inſulis appellatis æoliis. Sunt qui fluāt ſubinde fluuiorū more, et candens ferrū eructent. Iam quidā finitimas calefaciunt aquas, quarū aliæ tepidæ, aliæ feruentiſſimæ, quædā temperatæ manant. Spirituum pari ratione ſpiracula. in pleriſq; terræ locis patuerunt. quæ partim accedentibus furorem incutiunt, partim ciborū afferūt odiū; alia ſpiritū uaticinandi. qualia delphis, et in lebadia uiſuntur. quædā prorſus interimunt, ut in phrygia. Sæpe autem cognatus tēperatuſq; ſpiritus, cum per intimos meatus terræ cauernas ſubiuit, et a propria regione ſeceſſit, partes plurimas uibrauit. Sæpe cū plurimus coiuit extrinſecus, in ſubterraneis cauernis conglobatus, ac interclusus, dum luctaretur exitū ſibi quærens, terram concuſſit, atq; eam edidit affectionem, quā terræ motū conſueuimus appellare. Quorū motuū alii per faſtigiatos angulos quatiunt in obliquū epiclitæ ab inclinādo nuncupati. alii per rectos ſurſum deorſumq; a feruendo braſtæ dicti. Quidam ad caua conſident, chaſmatiæ uocabulo. Nā qui aperiunt hiatus terramq; ſidunt. ex argumēto rhectæ nuncupantur. Horū alii ſpiritū proiiciunt, alii egerunt ſaxa. ſunt qui cœnum euomant, pars fontes qui nulli fuerant, emittunt. Ad hæc quidā uno impetu ſubuertunt oſtæ ab impellendo nuncupati. Alii ancipites utroq; inclinant, et alterno motu uibrata dirigunt. Palmatiæ a tremore cui ſimile quiddā efficiunt, appellati. Fiunt quoq; cū mugitu terræ motus, mugitus autem terræ plerūq; editur abſq; terræ motu. Nēpe cū ſpi-

ritus cõquutiẽdo nõ ſufficit, Sed cõglobatus intra terrã uehemẽter impactus cõfringit̃. coactis in corpus ſpiritibus ſubeuntibus ab oculis in terra humoribus. q̃bus rebus ꝓportione quædã in mari quoq; reſpõdẽt. Hiatus. n. receſſus maris idẽtidẽ efficit̃. Adhæc undarũ incurſiones, q̄ iam aduerſæ colluctãtur, iam impellũr dũtaxat. ut circa elicẽ et burã euenire traditur. Quinetiã ignis ſpiracula ſæpe in mari efficiunt̃. extãt fontes, emergũt flumina, arbores enaſcũt̃. fluxus itẽ, et uertices ſpiritaliũ habẽt ꝓportionẽ. qui partim in alto fiunt, ꝑtim in euripis, et fretis. frequentes ꝑterea æſtus, ac undarũ fluxus refluxuſq; ſtatis tẽporibus ãbitu cũ luna cõgruere dicũtur. Ad ſũmã, cũ elemẽta interſe cõfuſa ſint, ut affectionũ ſimilitudines in aere, terra, mariq; cõſtẽt cõſentaneũ eſt. quæ his ꝑticulares interitus, ortuſq; afferãt, totũ uero ĩmortale, et ingenitum conſeruent.

SED miret̃ aliquis, quonãdẽ mõ ſi mũdus ex cõtrariis conſtat principiis hoc eſt ſiccis, et humidis. frigidis et calidis, nõ iam olim deletus eſt atq; ꝑiit. qđ ſimile eſt, ac ſiquibus admirari ſuccurrat, quõ ciuitas ꝑmaneat ex oppoſitis ordinibus cõſtituta. pauperũ et diuitũ, iuuenũ et ſenum, debiliũ et fortiũ. ĩproborũ ꝓborũq; ignorãtibus illud in ciuili cõcordia eſſe admiratione digniſſimũ, qđ ex multis unã, ex diſcordibus cõcordẽ diſpoſitionẽ ꝑficiat. omnis et naturæ et fortune capax. Atq; adeo natura cõtrariis fortaſſe gaudet, et ex eis efficit cõcẽtũ, nõ ex ſimilibus. ut marẽ ſcilicet fœmine aſſociauit, neutrũ ſuo generi cõiunxit. primã deniq; concordiã ꝑ pugnãtia nõ per cõueniẽtia copulauit, quã naturæ ſolertiã ars eius æmula per picturã imitata eſſe uidet̃ quæ albi coloris, et nigri, lutei atq; rubẽtis naturis tẽperatis imagines exẽplaribus ad ſimulat. et muſica ſonis cõfuſis acutis grauibuſq;, lõgis atq; breuibus unũ ꝑficit cõcẽtũ. Ars itidẽ litteraria uocaliũ cõſonatiũq; cõplexu totã diſciplinã cõſtituit. Atq; hoc ipſum eſt, qđ tenebricoſus heraclitus dicebat. Mitia inquit ĩmitiaq;, cõueniẽs ac differẽs, cõſonũ ac diſſonũ ſi rẽperaueris ex oĩbus unũ, ex uno cũcta fient. Sic igit̃ uis una ꝑ cũcta meabilis ex aere, terra, igne, et aqua, rebus ĩmiſtis, et diuerſis uniuerſũ mũdũ fabricata, et ſphæras una ſuꝑficie cõplexa cæli terræq; ac totius mũdi cõſtitutionẽ, principiorũ maxime oppoſitorũ tẽperamẽto cõcẽtu exornauit uno, Siccũ nãq; humido cõfuſũ, calidũ frigido, graui leue, rectũ orbiculato uniuerſam terrã, æquor, æthera, ſolẽ, lunã, totũ deniq; cælũ exornãt. Eadẽ uis pugnãtiſſimas in mũdo naturas conſentire coegit, et ex ipſis ſalutẽ uniuerſo molita eſt. Cuius ſalutis elemẽtorum cõſenſus eſt in cã. huius cõſenſus, partiũ æquabilitas, et qđ nullũ altero plus uiriũ haber, Grauia. n. pari cõnatu leuibus obſtãt, calida diſſimilibus, natura in maioribus rebus docẽte equabilitate, cõcordiã, concordia

mundum

mūdū omniū parētē et pulcherrimū conſeruari. Quæ nāq; natura mūdo pſtantior ē? quācūq; dixeris ps eē huius intelligit. oē pulchrū eū hoc habet nomē cōe. quidquid ordinē ſeruat, ornati nomē ab hoc ipſo mutuatur.

AGE uero quæ pars eius modi eſt, ut cū cæleſti aſtrorum ſolis lunaq; ordine et latione conferri ualeat? quæ menſuris exactiſſimis a ſæculo in ſeculū mouentur? quæue tāta eſſe pōt certitudo, quæ illā equare poſſit, quā pulchra, et omniū rerum fœcunda tpa conſeruant, q̄ ratis uiciſſitudinibus eſtates hyemeſq; afferunt, dies item et noctes, qbus mēſis annuſq; perficit. Ad hæc mundus magnitudine capaciſſimus eſt, motu uelociſſimus, ſplendore lucidiſſimis. Cuius uis nec ſeneſcit unq̄, et eſt omnis labis, ac interitus immunis. Hic aquatilium pedeſtriū, aeriorūq; naturas diſtinxit. Hic uiuēdi ſpatia ſuis motibus emēſus eſt. Ex hoc animātes oēs ſpirant, animāq; ſortiuntur. Ex hoc mirabiles nouitates ordinatim pficiuntur. uentorum omnis generis turbæ. fluminū e cælo caſus. ingētium tēpeſtatum eruptiones, qbus humido expſſo, igneo diſcuſſo, totum redit in cōcordiā, et ſtabilitur; qd tellus nonne ſtirpiū uarietate comat? humoribus ſcatet? ab animātibus in orbem calcata ſuis tpibus omnia ex ſe gignit, alit, et excepta? innumeras ſpēs affectioneſq; pferens naturā auicio uendicat ſenectutis? Quæ ſi motibus cōcutitur, alluuionibus inundatur, incēdiis ex pte flagrat, hæc tamē omnia ad bonum ipſius ſempiternāq; ſalutē ſpectare uident. Quæ dum conquutitur, uiam aperit, qua intercluſi ſpūs, ut ſupra diximus erumpant, cum imbribus expurgat, morbifica quæq; diluunt. cum auris afflatur, quæ ſubter, quæq; ſup terram exiſtunt, defecant. Porro incēdia rigores cohibēt, et uiciſim a rigoribus incēdia remittunt. Et cum ptium q̄dam oriantur, aliæ uigeant ætate, nōnullæ aboleant, interitus generationibus reſarciuntur, generationes interitibus cōpenſantur, et una ex cunctis perfecta ſalus cōſiſtit. Atq; mutua pugna, uariaq; uictoria uniuerſo incolumitatem parit. Sed de his hactenus. Sequitur ut de cā rerum uniuerſali, ſummatim ut de cæteris diſſeramus. Nam de mundo diſſerētes, ſi non ſcrupuloſe, at certe pingui ut aiunt et craſſa minerua, ptē mundi principaliſſimā ſilētio pterire nefas eſt.

PERuetus eſt ſermo. et quē mortales cuncti a patribus acceperunt, omnia ex deo, et p deum nobis cōſtare. Neq; ullam eſſe naturā, quæ ſibi per ſe ſufficiat. diuina ope atq; auxilio deſtituta. qua rōne ducti ueterum quidā deorum omnia eſſe plena dixerunt et deum eſſe qdqd nobis ob oculos obuerſatur. qdqd audimus, quidqd demum omni ſenſu pcipimus, Sermonē uidelicet nō ad ſubſtātiā, ſed ad potētiā diuinā referētes. Deus. n. cunctarum haud dubie rerū ſalutis eſt author, et omniū quæ hoc in mūdo pficiuntur, effector. Nō opificis, et laborioſi anilis exhauſto labore, ſed indefeſſe uirtutis uſu. qua ēt quæ longo interuallo uidentur abeſſe cōplectitur. Hic ergo

in excelſiſſimo loco primã ſedẽ ſortitus eſt, cõſul idcirco nũcupatus. cuius ſoliũ in cæli ſũmo uertice iuxta poetã ẽ collocatũ. et cuius uirtute maxime fruit̃ corpus ei maxime ꝓpinquũ. ꝓxime qđ illud cõſequit̃. et pari deinde rõne, dũ ad hæc loca perueniat. Quãobrẽ terra et q̃ terra cõtinẽtur, cũ maximo interuallo abſint ab ope diuina, ĩbecilla, ĩcõſtãtia et plurima turba cõfuſa eſſe uidẽtur. Quãq̃ et apud nos q̃tenus uirtus diuina peruenire eſt apta ſimili rõne cõtingit. Quæ uero ſupra nos exiſtũt, ea ꝓut accedũt recedũtue adeo plus minuſq; opis ab eo recipiũt. Potẽtiã igit̃ diuinã in cælo reſidentẽ longiſſime ẽẽ diſtãtibus, et ut ſemel dicã oĩbus rebus ſalutis autorẽ fieri, qđ decet, ac deo maxime cõgruit, exiſtimare ſatius eſt, q̃ ipſum diſcurrentẽ atq; itantẽ, qua nec honeſtũ eſt neq; decorũ terreſtria pſe opa cõficere putare. Id. n. uel a principũ hominũ dignitate abhorret imperatorũ, ciuitatũ pfectorũ, patrũq; familiis, ut oĩbus cuiuſq; generis opibus adſint. uel ſi ſtragula nectere uſus fuerit, aut uiliſſimo quoq; munere fungi. qđ infamia magni regis ne gregariũ qdẽ mãcipiũ ſe obire tãti putauit. Quinẽt me moriæ ꝓditũ eſt cãbyſis xerxiſq;. et darii magnifice adornatã effigiẽ in maieſtatis faſtuſq; oſtẽtatiõnẽ proponi ſolitã. Rex. n. ipſe ut fama eſt in ſuſis aut echatanis nemini cõſpiciẽdus ſedebat admirandã regiã inhabitãs auro, electro, ebore undiq; fulgẽtẽ radiãtẽq;. ubi a teia plurima cohærebãt, ueſtibula multis inter ſe ſtadiis abiũcta ualuis æneis et ingẽtibus muris muniebãtur. Extra uero primates et ſtrenui uiri diſpoſiti erãt, quorũ qdã armati regis latus claudebãt, ſatellites et miniſtri nũcupati. Pars atria ſingula cuſtodiebãt, qui atrienſes, et exploratores uocabãtur, ut rex ipſe dominus et deus appellatus nihil nõ uideret, nihil nõ audire poſſet. Præterq; hos alii foret frequẽtabãt, quæſtores, bellorũ duces, uenationũ pfecti, et qui munera recipere˜t, quiq; cætera munia pro uſu rerum ſigillatim obirent.

ADhæc uniuerſum Aſiæ imperiũ, qđ patet ab heleſponto, qua ſolis occaſum, uſq; ad indos, qua ortũ ſpeciat, duces, ſatrapæ, ac reges regis magni ſerui regionatim obtinebãt. Iã diurni curſores, ſpeculatores, tabellarii, cuſtodes, faciũ ꝓſpectores diſpoſiti erãt. Tãtuſq; ordo cõſtabat eorũ pſertim q faces obſeruabãt, et icẽdiorũ ſigna ceu p manus a regnifinibus ad ſuſa uſq; et echatana tendebãt, ut qdqd noui emerſiſſet in Aſia, eodẽ die rex ipſe cognoſceret. Atq; magni regis celſitudo dei mũdi moderatoris excellẽtiæ cõparata tãto iferior intelligi debet, quãtũ regi uiliſſimi cuiuſq; ac debiliſſimi aĩalis cõditio cedit. Qđ ſi a xerxis dignitate illud abhorrere uideret̃, ut cũcta munera q̃ fieri uellet ipſe obiret, pficeret, ac pſens adminiſtraret, quanto id magis diuinã maieſtatẽ dedeceret. Honeſtius igit̃ eſt et magis decorũ deũ excelſiſſimo in loco ſedere, eius uero potẽtiam oĩ mũdo cõſertã ſolẽ lunãq; mouere, totũ deniq; cælũ circũagere et terreſtria tueri. Neq;. n. alienũ uel

artificiũ uel miniſterium deſiderát. more principũ mortaliũ. qui ut multo
rum opem requirant, ipſorũ efficit imbecillitas. Quinimo uarias ſpecies fa
cili, et ſimplici motu perficere, id demũ maxime diuinitatẽ attingere uide-
tur. Nam ut præſtantiores artifices uno inſtrumẽti artificio multa uariaq
opera perficiunt, et qui mobiles effigies agitant, ad unius funiculi contra-
ctum collo, manibus, oculis interdum etiam cunctis partibus animalis in
rhythmum afferunt motum, Sic natura diuina ab uno ſimplici motu pri-
mi corporis uirtutem proximis diſtribuit. tum remotionbus, quouſq to-
tum obierit. Nam cum ab altero alterũ fuerit motum, hoc rurſus aliud mo
uet cũ mundo. quæ omnia cõuenienter ſuis facultatibus ſua munera exe-
quuntur. At non cunctis una uia patet, ſed: diuerſa aliaq nonnullis etiam
oppoſita. quãq prima uelut diſtributio in unum motum efficiatur. Vt ſi
ex uaſculo pilam, teſſeram, conum cylindrũq ſimul ieceris. horum enim
quodq pro ratione ſuæ figuræ mouebitur. Aut ſi aquaticũ ſimul animal,
terreſtre, et uolatile gremio explicato quo forte cõtinebantur emiſeris. Ne-
q enim eſt dubitabile quin aquatile ſaliendo ſit in ſuum uiuarium enata-
turum, terreſtre ſuis moribus atq legibus inceſſurũ, aerium a terra in ſub-
lime elatum auolaturũ. Suam cuiq facilitatem una prima cauſa tribuente.
Sic igitur in mundo ſeſe res habet. Simpli. h. totius cæli ambitu, qui die no
cteq peragitur, uarii omnium diſcurſus efficientur. Quæ quãuis ſub una
ſphera contineantur, alia tamẽ aliis celerius, pro interuallorum lõgitudine
propriiſq facultatibus, mouentur, luna enim creſcens, ac decreſcens, ambitũ
ſuum menſe peragit. Sol et huic celeritate pares lucifer mercuriuſq anno.
Mars tẽpore q̃ hæc longiore altero tanto. Iuppiter ſextuplo q̃ mars. Sa-
turni ultimus orbis, q̃ ſibi ſubiectus altero tanto et ſexqui. Quorũ omniũ
concinentium et quaſi per cælum tripudiantium, unus concentus ex uno
fit, et in unum deſinit. uniuerſum autẽ merito mundũ ornamẽti nomine,
non diuerſa appellatione nuncupaueris, Quẽadmodum uero in choris in
cipiente duce carminis, totus chorus concinit uirorũ interdum et mulierũ
diuerſis uocibus acutioribus, grauioribuſq unum ſuauem concentũ tem-
perantiũ, ſic deo mũdũ tẽperante rẽ ſeſe habere ſtatuẽdũ eſt. Accepta ſiqui
dem uirtute deſuper, ab eo, quẽ uelut ducẽ carminis appellauimus aſtra to-
tum cælum irrequieto ambitu uertũtur. Procedit autẽ Sol, qui cunctis re-
bus lumen impartit inceſſu duplici. altero diẽ noctẽq ortu et occaſu defi
niẽs, altero quattuor inducens ãni tẽpora. dũ iã in aqlonẽ ꝓſerpit, iã in au-
ſtros retrocedit. Pluuiæ porro tẽpeſtiue deſcẽdũt, uẽti ſpirãt, Roribus ſpar
git humus, ac cæteræ cõplectẽtis affectiões ꝑ primã eãdẽq fœcũditatis prin
cipẽ cãm efficiũt. Quas res omniũ defluxus ſequunt, Maris æſtus, arborũ
ꝓuẽtus, Maturitas fructuũ, Aialiũ fœcũditates, et omniũ rerũ incrementa,

ætatis flores et decremēta. cōferente ad hæc ſua cuiq̧, uti diximus facultate. CVM igitur cunctarum rerum dux et author, qui ſola conſideratione cer nitur omni naturæ q̄ cælo terræq̧ intereſt ſignum dedit, tunc omnis natu ra cōtinēti motu in orbibus finibuſq̧ ꝓpriis cietur. et mō latēs, mō ſeſe oſtē dens ex uno principio uiciſſitudine hac innumeras ſpēs oſtētat. ut in bello milites accepto tubæ ſigno cū ad arma cōcurrūt, hic ſcutū ſumit, ille induit, thoracē, alius ocreas, galeā, aut balteū ſibi aptat. Alius frenat equū. Eſt qui currū cōſcēdat, eſt itē qui teſſerā cæteris ꝑbeat. Iam qui manipulo ꝑeſt, ad manipulū decurrit, q̧ ducit ordinē ad ſuū locū, eques ad cornu leuis arma ture miles ad ſibi deſtinatū locū ꝓperat. Atq̧ oia ſub uno ſignificatore ad iuſſum imperatoris uertunt. Atq̧ hoc qdē mō de mūdo cōſentaneum eſt opinari. Oēs. n. naturæ ad nutū unius moderaminis ſuo quæq̧ funguntur officio: q̄q̄ uirtus illa moderatrix nō eſt aſpectabilis, nec apparet. qđ neq̧ ipſi obſtat, quo minus fungatur munere, nec nobis ad credēdū obeſſe de bet. Cū anima q̄ uiuimus, urbeſq̧ et domos habemus, ſub aſpectum nō ca dat, ipſis tamē officiis ꝓſpiciatur. Omnis. n. uitæ ornatus ab hac excogita tus eſt. ab hac ordinē accepit, ab hac deniq̧ cōtinet. Terrarū culturæ, plāta rū ſatiōes, meditatiōes artiū, uſus legū, Reip. decor, populares actiōes artiū, externa bella paxq̧ animæ ſunt inuēta. Quæ itē de deo exiſtimare fas eſt. q uiribus fortiſſimus, ſpē pulcherrimus, uita imortalis, uirtute ꝓſtātiſſimus, cū nulli naturæ mortali ſit aſpectabilis, ab ipſis tamē opibus cōſpicit. Om nes. n. affectiōes, q̄ in aere, q̄ in terra, quæq̧ in humore efficiuntur, rectoris mundi dei opa merito dixeris. A quo iuxta empedoclē naturalē authorē ꝓ ficiſcuntur q̄cūq̧ fuere, ſunt, eruntq̧ in futurū. Arbores uiri fœminæq̧. fe ræ itē aueſq̧, et piſciū genus aquaticū. Et ꝑfecto q̄licet magna ꝑuis cōfer re ſimilis eſt mūdus fornicū tholis, q mediū utriuſq̧ ꝑtis tenētes totā forni cis figurā numeris, ac ratione tuētur, imobilēq̧ ſeruāt. Ferūt autē phidiā ſtatuariū cū in arce mineruā effingeret in medio ſcuto eius ſuā faciē exꝑſſiſ ſe, et clipeū porro ſtatuæ tā ſubtili affixiſſe artificio, ut q uellet hunc corrū pere, totā ſtatuā neceſſario eēt diſciſſurus, cōtriturusq̧. Ad hāc igitur rōnē deus, qui omniū rerū cōcētum, ac ſalutē cōtinet in mundo ſeſe habet. Niſi qđ nō in medio cōſiſtit, ubi terra eſt et locus hic turbulētus. Sed ſupra, pu rus in loco puro, atq̧ ſincero uitā ducit. quē locū merito οὐρανὸν uranon qđ ſupiorū corporū terminus ſit, appellamus. olympum aūt, q totus fulget ois caliginis et cōfuſiōis expers, qbus malis ꝓxima nobis loca ob tēpeſtatū uētorūq̧ uiolētiā infeſtāt. ut poeta Homerus dixit. Olympū ubi deorū ſe des ab oi uiolētia ſp̄ tuta locata ē. nec uētis cōquatit, nec imbribus irrigat. aut niuibus operitur. Sed clara ſerenaq̧ albo ſplēdore illuſtrat. Cui ſnīæ morta lium cōmunis cōſenſus teſtimonio eſt, ſumum locum deo attribuentium,

Oẽs.n.homines dum preces fundunt, manus ad cælum expandunt. qua
rõne nõ abſurde illud dictũ eſſe uideri põt. Iuppiter latũ cælum in ethere
nũbibuſq; ſortitus eſt. Quãobrẽ eorũ quæ ſenſu pcipiunt. pſtantiſſima
quæq; ut ſtelle, ſol et luna eundem ſibi locũ uẽdicarũt. et ſola cæleſtia ob
hoc eundẽ ſemp ordinẽ ſeruãtia diſpoſita ſunt. nec unq̃ uariatiõe cõmu
tant, more terreſtriũ, quæ mutationibus ſunt opportuna. et plurimis alte
rationibus affectionibuſq; uariãt. quippe multis terræmotibus iam terræ
ptes deſciuere, ĩbribus horrẽdũ in modũ pcipitãtibus obrutæ ſunt. Sæpe
ẽt ĩcurſus recurſuſq; undarũ ex cõtinẽte mare, ex mari cõtinẽtẽ effecerũt.
Aliquãdo flatuũ pcellarũq; ĩpetus totas urbes euerterũt. Quinẽt ĩcẽdiis,
et flãmis e cælo delapſis quõdã, ut phætontis tpe fama eſt. partes ortui ſo
lis adiacẽtes cõflagrarũt. et alia incẽdia e terra, pruperũt ad occaſum. ut cũ
etnæ crateres diſciſſi ſũt p terrã more tortẽtis deuoluti. Vbi deus immor
talis pio generi honorẽ habuit egregiũ. dũ eripit ab igneo fluẽto, qd' filii
affecta ætate parentes ut a flãmis eriperẽt, ſubcollaſſent. Deus.n. fluuium
igneũ iis appropinquãtẽ diuiſit, eiuſq; ptibus huc, et illuc auerſis iuuenes
cũ parẽtibus ſeruauit incolumes. Ad ſũmã qd' in naui gubernator, auriga
in curru, in choro pcẽtor, lex in ciuitate, imperator in exercitu, hoc eſt in
mũdo deus. Sed intereſt, q hi nõ ſine labore motuq; et ſollicitudine im-
perio fũgunt, deus moleſtie, ac laboris. omnis deniq; corporalis defectus
expers cuncta moderat. Nã immotus ipſe omnia mouet, et circũagit quo
cũq; loco, et utcũq; libet, in diuerſis ſpẽbus et naturis. Perinde nimirum,
atq; lex ciuitatis, q̃ cũ maneat in animis utẽtiũ immobilis, cuncta tamẽ, q̃
ad tẽp. ptinẽt moderat. Quippe legis impio pfecti ſuas obeunt, puincias,
iudices p tribunali ſedẽt. cõſiliarii, et oratores in cõtionẽ pdeunt. Hic itẽ
prytaneũ cænaturus petit. Ille iudiciũ p ſe dicturus. eſt qui morte multã
dus in carcerẽ coniiciat. Ex lege quoq; epulæ, annui cõuẽtus, deorũ ſacri
ficia, heroũ cultus celebrant, mortuis iuſta pẽdunt. Et alia ab aliis ad unũ
pſcriptũ et legis ſubſtãtiã cõfecta legũ cõditoris mẽtẽ ac rẽp. cõſeruãt. ui-
deaſq; in eadẽ ciuitate alios ſacra facere, alios cãticis ĩdulgere, et nõ nullos
uiciſſim eiulare. Adhũc itaq; modũ in maiore ciuitate. i. ĩ hoc mũdo fieri
exiſtimare decet. Deus.n. lex ẽ nobis æq̃bilis nullã nec correctionẽ admit
tẽs, nec mutationẽ. lõge, ut opinor, iis pſtãtior atq; firmior, q̃ ĩ tabulis de
ſcribunt. Qua duce ſẽpiterno motu, ac modulatione cæli terræq; adorna
tus ordo gubernat, p oẽs naturas, ppriis ſeminibus in plãtas, et aialia gene
ratim et p ſpẽs diuiſus. Hinc.n. uites exiſtũt, hinc palmæ, hinc pſicæ dul-
ces ficus oleæq;, ut põeta ĩqt, hinc illæ arbores fructuũ q̃dẽ ſteriles, q̃rũ tñ
aliqs eſt uſus, platani, pinaſtri, buxi. clethra, populus nigra, et odorata cu-

preſſus. Et quæ autũno ſuauẽ quidẽ, Sed aſſeruatu difficilem fructum ferunt. pirus, malus punica, et ſpecioſi fructus ferax malus. Adhæc animantium aliæ feræ ſunt, aliæ placidæ quæ item partim aeris, partim terræ, partim aquarũ incolæ oriuntur, ætate uigent, mortẽ obeũt diuinæ legi obtẽperantes. Nam terra, ut heraclitus ait, paſcitur omne reptile.

POrro deus cũ unus ſit, multis tamẽ nominibus appellat̃ ex ſuis ipſi operibus a nobis in ditis. Nã ζῆνα et δία nuncupamus, quaſi dicamus ꝑquẽ uiuimus. Itẽ ſaturnũ tẽpuſq;, quod a ſeculo in ſeculũ abſq; fine trãſeat. Tonantẽ, ſerenatorẽ, ætheriũ, fulminatorẽ, imbrificũ ex opibus appellamus. Iam fructigenã a fructibus, ciuilẽ a ciuitatibus. Præterea nataliciũ, uallarẽ, concordẽ, patriũ a cõmercio, quod cũ his rebus habet. ut ſodaliciũ, amicabilẽ, hoſpitalẽ, belligerũ, fugatorẽ, expiatorẽ, callidũ, exorabilẽ, placidum nomina a poetis inuenta. Nec finis, conſeruator dicit̃ et liberalis et quidẽ optima rõne. Ad ſũmam cæleſtis dicitur, et terreſtris ab omni natura et fortuna cognominatus. utpote qui omniũ rerum cã ſit. ut recte orpheus de deo ſcripſerit tã multa. Neq; aliud neceſſitatẽ eſſe putauerim, q̃ deũ, q cõſtãs et ĩmutabilis eſt ſubſtãtia, Quæ neceſitas εἱμαρμένη dicit̃. i. fatũ q̃a conectit, ducitq; rerũ indeclinabilẽ ſeriem. Eadẽ πεπρωμένη quod oĩa terminis claudant̃, nec ſit quidq̃ in rebus ſine fine. Itẽ parca a partiẽdo, nemeſis, quod ſingulis ꝓ merito diſtribuat. ἀδράστεια q̄d ſit cauſa quæ per naturã nec defugi nec declinari queat αἶσα quaſi ſemp exiſtẽs. Nã que de parcis et penſo fabulis tradunt̃, ad hoc ipſum uident̃ ſpectare. Tres. n. parcæ diuiſæ tpibus eſſe tradunt̃. Ac penſi filũ ptim iã eſſe deductũ, ptim deducendũ, partim nũc torqueri dicit̃. Quarũ q̃ ꝑteritũ reſpicit atropos dicitur hoc eſt inexorabilis. quoniã quæ ꝑterierunt mutari nõ poſſunt. Quæ futurũ lacheſis, quaſi ſortilega. quia ſua rẽ quãq; ſors ꝑ naturã manet, quæ ꝑſens clotho, quaſi torquẽs, q̄d ſuacuiq; torquẽdo ꝑficiat. prorſus, ut nõ ſine ordine nec temere fabula cõcludatur: Quæ omnia ut teſtatur generoſus plato nihil eſſe aliud, q̃ deus intelligunt̃. Deus igitur ut ueteri ſermone tradit̃, cũ omniũ rerũ principiũ, et finẽ mediũq; teneat, recte ſemp ſecũdum naturã incedit. Quẽ iuſtitia ſemper aſſectatur, ulciſcens legis diuinæ præuaricatores. Cuius ſtatim a principio particeps eſſe debet, qui fœlix, et beatus eſt futurus.

FINIS.

Impreſſum Bononiæ per Hieronymum de Benedictis. Anno Domini. M. D. XXIII. Die. xx. Auguſti. Adriano VI. Pont. Max. Regnante.

AD ILLVSTRISSIMVM .D. ALBERTVM PIVM PRINCIPEM CARPENSEM.D.ET PATRONVM SVVM IO.GENESII SEPVLVEDAE CORDVBENSIS PRAEFATIO IN INTERPRETATIONEM LIBRI ARIS.DE INCESSV ANIMALIVM.

a RISTOTELIS LIBRVM DE INCESSV ANImalium a me e græco in latinū ſermonē cōuerſum ad te Alberte Pie Princeps inclite, et ſapientiſſime, nō cognoſcēdi, ſed iudicādi emendandiq́ gratia tranſmitto. Nam cū ſit uetus ſcriptorū cōſuetudo nō ea tātū opera, quorū ipſi authores extitere, ſed et quæ aliorū ipſi in aliam linguam cōuertiſſent, quaſi ſua cuiuſq́ ſic quodam modo facta, Regibus Principibuſq́ dicare, ego ut hoc opus tibi potiſſimū nuncuparē, et ſi eo ſatis adduci potui, quod tu meas nugas eſſe aliquid nō modo putare ſoles, ſed aliis etiā grauiſſimo teſtimonio prædicare, uel quod inter raros huius ætatis principes, q literarū ſtudia fouent, et horū ſectatoribus fauent, tu in primis iure tuo, tuæq́ clariſſimæ familiæ nominaris, illa tamen acceſſit maximi momēti cauſa, quod hoc opus non tam ab imperii opūq́ uiribus, quas tibi magnas, ſed et aliis, fortuna tribuit. q̄ ab ingenii ac eruditionis facultate patrociniū poſcit. Quibus quātopere tu inter cæteros principes emineas referendi, et cæteras tuas ſingulares uirtutes cōmemorandi præſentior dabitur occaſio. Et enim cum ſuperiore anno hic liber cum nonnullis aliis Ariſtot. operibus, quæ prope diem edere molior, fuiſſet a me in latinum conuerſus, peruenit ad aures meas uirum quendam græce et latinæ doctiſſimū et ariſtotelicæ doctrinæ cognitione præſtantiſſimū et hunc, et alios eiuſdē philoſophi libros elegantiſſime, ac fœliciſſime conuertiſſe, et bona iam parte impreſſa primo quoq́ tempore editurum. qui nuntius, fateor ingenue, haud mihi admodū gratus euenit. Fregit nāq́ impetum ſtili mei, et ſtudium meū retardauit. quādoquidem Librorum de Ortu, et Interitu conuerſionē (quæ iā mihi peracta ſancitur) aggreſſus fueram paucis ante diebus. poſt duodecim alios difficillimos libros magno mihi labore conuerſos. Porro nō poteram non grauiuſcule ferre tantū operæ, tantūq́ ſtudii, quantum in ea opera cōtuleram, ad irritum illius interpretatione recidere. Nam et ſi ego ab illarum rerū cognitione, quæ in ipſo tantopere laudabantur, haud pro r

ſus abhorrerem, Tyro tamen cum ueterano, et tam exercitato, q̃ aiebant milite, ita non uidebar conferendus, ut illius operibus emiſſis, fore ullum meis ineptiis locum ſperare, audacis eſſe putarem. Sed me hercule hanc peculiarem moleſtiam, nam et hoc teſtari poſſum, publicæ utilitatis ſolatio magnopere leuabam. Atq; adeo diis immortalibus gratias agebam, quod eum uirum in noſtram ætatem reſeruaſſent, qui ueterum tum doctrinam, tum eloquentiam mortalibus reſtitueret. Ita cum ſera pro meo deſyderio fama emiſſos libros nuntiaſſet, ſummo eos ſtudio mihi afferendos curaui. quos uix tandem quarto ab ditione menſe allatos, cum nulla data mora, uelut deuorantibus oculis auide legere cœpiſſem, ipſam horum librorum præfationem percurrens, maiora etiam q̃ quæ audieram de hominis doctrina expectare cœpi. Tanta fiducia ſummos uiros contemnit. Tot tamq; magna loquitur, ac de ſe ipſo tacite pollicetur. Ergo interpretationem eius aggredior, ut facta cum mea comparatione errata et tarditatem meam recognoſcerem. Primumq; hunc de inceſſu animalium opus conſyderare placuit. quod nullo duce, nullo adiutore fueram aggreſſus, qui ipſum uel græce uel latine expoſuiſſe. quia nec latinorum quiſq̃ hunc librum, quod ſciam, attigit, enarrando, immo ne extat quidem eius ulla uel rudis ſaltem et barbara, qualis cæterorum interpretatio, et Michaelem Epheſium græcum expoſitorem ne uideram quidem ante q̃ ad me ſuperioribus diebus impreſſo iam ipſo (ut ſcis) opere, conuertendi gratia miſiſti uolumen illud, in quo eius quoq; in hunc Librum Τὸν χέλιν reperi, et magna cum auiditate perlegi. ob hanc igitur cauſam huius ante omnes libri interpretationem eius lectitare uiſum eſt. Sed cum intraui nec longe prouectus, deus immortalis q̃ omnia præter opinionem offendi. pudet dicere, quot quantaq; errata in uno libro repererim. Itaq; tantum abfuit, ut huius editione, quæ me antea coturbarat, ab edendis meis ſcriptis etiam tunc deterrerer, ut tum demum auſus ſim ſperare poſſe meas lucubratiunculas doctis uiris aliqua ex parte placere. Nam quod Nicolaus Leonicenus uir græce et latine multiplici doctrina clarus, et Petrus Pomponatius præceptor meus, familiaris tuus huius ætatis celeber in primis philoſopus, quibus ſuperiore anno ea opuſcula emendandi gratia alteri Ferrariam miſeram, alteri Bononiæ dederam, interpretationem meam, uel me abſente non improbaſſent, ipſorum potius humanitate, ac beneuolen-

tia

tia factum eſſe interpretabar. et ut me blandis gloriolæ ſtimulis ad ſtu
dia, ut ſolent ſapientiſſimi ſenes, iuuenes quos non oderunt, laudi-
bus ad uirtutem adhortari, tanto magis excitarent. At non huius tan
tum libri conuerſionem, ſed cæterorum etiam cum mea contuli, in
quibus omnibus firmam interpretis conſtantiam pernotaui, adeo in
nullo ille diſcrepat a ſe, et ubiq; ſui ſimilis eſt. Errata igitur in cæteris
quoq; añotaui eo animo, ut ea cum ſcriptis meis emitterem, ne aut
falſo interpretem hunc ſi eius negligentiam non oſtendiſſem, ductus
æmulatione criminatus uideri poſſem, aut árroganter feciſſe, ſi poſt
eum, qui optime Ariſtotelē conuertiſſe ſibi non ſolum, ſed nonnullis
etiam aliis uidebatur, meam eorundem librorum interpretationem
emitterem. quæ ſuperuacanea merito uideretur, ſi ille tam fœliciter, ut
ferebatur, ſcripſiſſet. Sed quia ſingulorum librorum errata perſequi in
finitum eſſet, mihi preſertim tam occupato, et fortaſſe nemine perlectu
ro ſuperuacaneum, ſatis habebam, ea duntaxat, quæ in hoc uno libro
de inceſſu animaliū notaueram, operi edendo premittere. et adiunctis
uerbis Ariſtotelis græcis, noſtraq; interpretatione, ne diuerſa uolumi-
na haberes perlegenda tuo exquiſitiſſimo iudicio æſtimanda propone
re. quippe ex quibus haud foret difficilis coniectura, qualis eſſe poſſet
cæterorum librorum eiuſdem interpretatio. Sed quia tibi aliter uiſum
eſt, ſatiſq; ſe mota etiam hac notandi diligentia, ex ſola comparatio-
ne ferri poſſe iudicium putaſti, deſtiti ab editione ſeparati opuſculi.
cui tamen aliqua ſcitu digna ex comentario Michaelis Epheſii excer-
pta inſerueram. quæ multa huius libri difficillima loca aptiſſime expli
cabant. Libellum ergo omni expeditum onere, illaq; uelut coronide le
uatum ad te mitto. Supereſt ut tu cum maiorum rerum curæ ſatis fece-
ris hunc legas, et cum interpretatione illa conferas, et alterutrius uitia
cenſoria ſeueritate notes. Qua in re ſi tibi meam cauſam probatam eſſe
intellexero, non uerebor, nequis me uel calumniæ, uel temeritatis
iure ualeat arguere. Ergo quia te patronum ſimul, et iudicem elegi tuæ
partes erunt noſtris, ſiqua erunt cōmode dicta, adeſſe, ac uiciſſim quæ
parū tibi probabuntur emēdare. Neq; enim is ſum qui putem me nō
multa latuiſſe, quæ oculatiores non præteribunt. quorum cenſuram
patiar æquo animo. modo nequis incognita, ut Cicero ait, ꝓ cognitis
habeat, et temere in alios aſſerat. Neq; .n. fero quorūdā arrogātiam, qui
cū aliquā utriuſq; linguæ cognitionē nacti fuerint, nulla aut minima

bonarum artium, et philoſophiæ notitia inſtructi, ſatis ſe ad interpretandū exponendūq; Ariſtotelē paratos eſſe putant. quod nequis a me arroganter dictū eſſe interpretetur. non ideo in aliis reprehendo, quaſi profitear, ſatis me inſtrumēti ad id opus cōgeſſiſſe. tametſi utrūq; multos annos fuerim ſequutus. ſed quia quæ meo ingenio pertinaciter repugnarunt non erubui, nec grauatus ſum uiros doctiſſimos uel preſentes interrogare, uel abſentes literis cōſulere, eos p̄ſertim, quos mō cōmemoraui, Petrū Pōponatiū, et Nicolaū Leonicenū. qua diligētia cū nō in hoc tantū, ſed in cæteris ēt Ariſtotelis libris a me conuerſis uſus fuerim, iure uideor huiuſmodi meum laborem ab indoctis iniuria reprehendi indignaturus. Nam quæ huiuſmodi fuerint, ut uel rei difficultate, uel græci exemplaris depravatione hanc quoq; curam noſtram fefellerint, nihil recuſo a te, et cæteris doctiſſimis emendari, ego uero et publicæ utilitatis nomine uobis habebo gratiam. Sic. n. efficietur, ut ingēti noſtrorum philoſophorum labori maxime cōſulatur. qui priorum interpretum uitio, dum parum procedit diuinatio, qua ſæpe in exponēdo Ari. utuntur, in magnis pleruūq; uerſati ſunt erroribus. Vale. Bononiæ. xxiii. Martii. MD. XXII.

LIBER ARISTOTELIS DE INCESSV ANIMALIVM INTERPRETE IOANNE GENESIO DE SEPVLVEDA CORDVBENSI.

DE PARTIBVS QVAE VSVI ſunt animalibus, ut loco moueantur, conſyderãdum eſt, quam ob cauſam ſingulæ habeantur, et cuius gratia animalibus inſint. Tractandæ ſunt præterea differentiæ, quibus eiuſdem uniuſcuiuſq; animalis partes tum inter ſe, tum a partibus aliorum animalium genere diuerſorum diſcrepant. Sed primum eſt operæ prætium intelligere, de quibus eſt nobis futura diſputatio. Initio igitur diſceptabitur, quot minimum notis animalia mouentur. Deinde quare ſanguine prædita quattuor pẽdibus, ex anguia pluribus ingrediantur. Ac in uniuerſum, cur pedibus non nulla careant, alia bipeda ſint, quædam quadrupeda, pars numeroſos pedes obtineat. Ad hæc cur quæ pedes ſortita ſunt, cũcta ipſos, pari numero habeant. Notæ deniq; quibus mouentur, pari numero exiſtãt. Iam uero quam obrem homo auiſq; bipeda ſunt, piſcibus pedes negati. Et cum homo et auis binos habeãt pedes, crurum flexus in cõtrarium agunt. Homo.n. poplites in orbem flectit, auis ſuffragines curuat in cauum. Quin homo ſibi contrarius crura brachiaq; incuruat, brachia in cauum, genua in orbem. Quadrupeda quæ animal generãt, contra q̃ homo, et diuerſo inter ipſa modo flexus agunt. Nam crura priora in deuexũ orbis flectũt, poſteriora in cauũ. Quadrupeda, quæ oua non animal pariunt, peculiari modo, et in obliquum. Item quam ob cauſam quadrupeda per diametrum mouentur. De his itaq; omnibus, et quæ his cognata ſunt, cauſas diſputãdum eſt. Rem igitur ita ſe habere ex hiſtoria naturali manifeſtum eſt. Sed eius cauſa hoc in loco eſt conſyderanda.

HIS igitur ſuppoſitis, quæ ad naturalem doctrinam uſurpare conſueuimus, principium commentationis ſumere conuenit, ab his quæ ſeſe ad hunc modum habent, in omnibus naturæ operibus. ex quorum numero unum eſt, naturã nihil facere fruſtra, quinimmo in oi genere animalium, ſemper optimum eorum, quæ ſubſtantiæ ſunt

Minimũ ideſt cũ pauciſſimis mouent̃. Nam Ari. teſtabitur nullũ aial poſſe moueri minus q̃ duobus notis.

Notę. notas appellat oia incedendi inſtra ut alas, pinas, pedes.

Orbem.i. conuexum.

In obli.i. i lat°.

Per diam. ſi dactis lineis ob oi b° crurib° dſcribat̃ qdrãgulus diameter dſcribet̃ ducta linea a pede poſteriore dextro ad pedẽ priorẽ ſiniſtrũ, uel a poſterior̃ ſiniſtro ad priorẽ dex-

ſed etiam ſunt animantes, his prius et poſterius in ſunt. Ob ſenſum,
qui omnibus tributus eſt. Quoq; prius et poſterius definitur. Nam
cui parti ſenſus inſitus eſt, ac unde ſingulis in eſt, hæc prior eſt. Huic
obiecta poſterior. At in animalibus, quæ non modo ſenſu participãt,
ſed etiam ipſa per ſe loco moueri ualẽt, præter iã dicta, dexterũ quoq;
et ſiniſtrum definitur. Quæ utraq;, ut ante dicta, opere, non poſitiõe
diſcernũtur. Si quidem unde corpori eſt principium naturale motus
loci, hoc in ſingulis eſt dextrum. Quod huic obiicitur aptum, illud ſe
qui, ſiniſtrum. Hoc autem altera alteris expreſſius ſortiuntur. Nam
quæ partibus uſa officialibus, puta pedibus, alis ue, aut cæteris huiuſ-
modi inſtrumentis mutationem, quam diximus, faciunt, in his prædi
cta diſtantia expreſſior eſt. Quæ uero non huiuſmodi partibus, ſed
tractu corporis procedunt, ut quædam de numero depedum, puta ſer
pentes, et erucarum genus, quæq; terræ inteſtina dicunt, obtinent illa
quidem, quod dictum eſt, at non uſq; adeo manifeſtum. A dextris au
tem principium motus proficiſci argumento eſt, quod omnes ponde
ra in ſiniſtris ferunt. Sic. n. baiulans moueri poteſt, ſi pars motura libe
ra ſolutaq; ſit. Quo fit, ut ſaltus facilior ſit parte ſiniſtra. Cum dexterũ
mouere natura aptum ſit, læuum moueri. Quare pondus conuenit in
mouẽda, non in motura parte iaceat. Quod ſi mouenti motuſq; prin
cipio imponatur, aut prorſus non moueatur animal, aut certe longe
difficilius. Sed et præiactus indicio ſunt, principiũ motus a dextra pro
ficiſci. Omnes enim partem ſiniſtram præiiciunt. Quin et conſiſten-
tes, niſi temere accidit, ſiniſtram potius præmittunt. Quia ſubſequen
te parte, non præcedente mouentur animalia. Pugna uero dextra par-
te capeſſitur. Et quidem ob hãc cauſam dextra omnium eadem ſunt.
Quoniam unde procedit motus principium, idem omnibus adeſt.
Et in eadem parte ſitum per naturam obtinet. At qui dextrum eſt, un
de principium motus repetitur. Quare eorum, quæ ſilicea teſta in te-
guntur, partes omnes turbinatæ, dextræ ſunt. Quia motus non fit in
uertiginem, clauiculamue, ſed cuncta in diuerſum procedunt. Vt pur-
puræ buccinæq;. Cum omnia igitur moueantur a dextris, et hoc ge-
nus ſine diſcrimine in eaſdem partes feratur, neceſſe eſt omnes dextræ
partes ſimiliter ſeſe habeant. Sed animalium homo læuas partes abſo-
lutiſſimas habet. Quippe cuius habitus inter animalia maxime natura
lis ſit. Natura autem dextrum læuo præſtãtius eſt, et diſcretum. Quã
ob rem dextra hominibus maxime dextra ſunt. At cum dextra abſo-

tiũ q̃dã uiuunt
tm̃. Vt plantæ
Quædã hñt p̃
terea ſenſum.
Quæ uocãtur
aĩalia. Sũt q̃ tõ
nis participia
ſint, ut hõ. Aĩa
liũ pars loca p
ſe mutar ualẽt.
Pars: petris affi
xa permanẽt,
ut ſpongiæ.

Nã cui. i. cor.
Senſus. n. pue
nit a corde, q̃d
parte priori cõ
miſſum ẽ. Ari.
de parti. anim.
lib. ii. cap. x.

A dex. i. uirtu-
tẽ mouẽdi eſſe
i parte dextra.
Neq; ſic inter
p̃tetur q̃ſi pars
dextra initio
motus p̃cedat.
Cũ p̃ fieri expi
mẽto ꝯtteẽ. Et
paulo poſt te-
ſtat Ari. Et hac
cã ſubiũgit, fa-
ciliorẽ eẽ ſaltũ
i partẽ ſiniſtrã.
Nẽpe, q̃a tũc
pars mouẽs. i.
dextra ſequẽs
ipellit ſiniſtrã
præeuntem.

Temere. i. caſu
nã cũ ſtãt aĩalia
nõ pedem ſini
ſtrũ hñt, ſñ de
xtrũ. Q̃d maxi
me p̃s, ſi q̃s ſe
curſui p̃paret.

Partes turbi. i.
ille anfractus.

quem Ariſtoteles appellat claiculã, ẽ dxtra pars ĩ hmõi aialibus. Quia ab hac pte ĩ diuerſas rotã hoc genus aialiũ mouet. Sine diſcrimine .i. nullo excepto. Qđ teſtať idẽ Ariſ. de natu. anim. lib. iiii. cap. iiii.

Diſcretũ .i. abſolutũ & minime impeditũ. Vt magiſ mite mut Platonẽ i vii. de legibus ſcripſiſſe, dxtrã & ſiniſtrũ hoiũ ꝯſuetudine talia fieri diſcernicꝗ, nõ ex nã. Nam & ſcythias pati tobore utracꝗ mãu ꝓmiſcue uti.

His .i. hoibus.

Ab his partib' .i. a ſuperiore, Dextro & poſt

Retro agere .i. inuertere. Nã pars iſerior ſuꝑiori cedit &c.

Cõmi .i. ubi diſtæ partes coꝑulantur.

In eo .i. aiali.

luta explicitacꝗ ſint, merito læua habentur immobiliora. Sed in hominibus abſoluta maxime. Cætera item principia his maxime ſecundũ naturam diſcreta ſunt. Superius, inquam, et prius. In quibus igitur ſuperius ac prius ſic diſcreta ſunt, ut hominibus et auibus, ea binos obtinent pedes. Sed ex quattuor notis aues binas alas. Homines binas manus et brachia poſſident. At quorum prius ſuperiuſcꝗ uergunt in eandem partem, horum quædam ſunt quadrupeda, alia multipeda. Sunt et, quæ pedibus uacent. Pedem appello partem, quæ habet in nota pedeſtri, cuidata ẽ facultas loco mouẽdi. Pedes .n. a pedo .i. a ſolo, nomẽ ſumpſiſſe uidenť. Sunt tamẽ aialia, quorũ poſterius priuſcꝗ eodẽ ſpectãt. Vt mollia, et teſtatorum turbinata. De quibus alias diſſeruimus.

S E D cum loca tria ſint, ſuperius. Medium et inferius, bipedum pars ſuperior uniuerſi ſuperius ſpectat. Multipedum depedumcꝗ, mediũ. Plantarum, inferius. Huius cauſa eſt, quia plantæ immotæ manent, parscꝗ ſuperior alimento accomodatur. At alimentum a terra ſuggeritur. Quadrupeda itemcꝗ multipeda, et quibus negati pedes, idcirco in medium uergunt, quia erecta non ſunt. Bipeda in ſuperius, quoniam erecta ingrediuntur. Et omnium maxime homo. Vt qui maxime ſecũdũ naturã bipes eſt. Optima uero rõe ab his partibus principia ꝓcedũt. Nã principiũ dignitate nõ uacat. At ſuperius iſeriore, Prius poſteriore, Dextrũ læuo ꝑſtatius habeť. Quæ itẽ retro agere licet. Quia hæ partes, oppoſitis iõ præſtãtiores habenť, q̃a principia ĩ his ſita ſũt. Principium ergo motus a dextris eſſe, ſatis quæ diximus declarant.

C A E T E R V M quia neceſſe eſt, cum totum continuum, cuius una pars mouetur, altera conſiſtit, moueri queat ipſum uniuerſum, ſtante alterutrã, quã ambæ mouentur contrariis motibus, eſſe aliquid commune, quo hæ inter ſe comitantur, et illic principiũ in eſſe motus utriuſcꝗ partis, ac perinde ſtatus, manifeſtum eſt, ꝙ ſecũdum quã cuncꝗ dictarum oppoſitionum proprius motus in ſit utrarumcꝗ partium oppoſitarum, hæc omnia cõmune principium habent in cõmiſſione dictarum partium. Dextræ dico et ſiniſtræ. Superioris et inferioris, Prioris et poſterioris. Secundum igitur prius et poſterius tale diſcrimen non exiſtit in eo, quod ſe ipſum mouet. Quippe cum nulli motus naturalis in ſit in partem poſteriorem. Nec quod mouetur terminum habeat ſecundum quem in harum utrancꝗ differentiam mutetur. Quod tamen diſcrimen ſecũdũ dextrum et ſiniſtrum, ſuperius et inferius exiſtit. Quõ fit, ut animalium, quæ in motu inſtrumenta

tiis partibus utuntur, prioris & poſterioris differentia diſcreta nō ſint, cæteris diſcernantur ambabus. Sed prius ea, quæ eſt inter dextrum et ſiniſtrum. Quia neceſſe eſt altera protinus in duobus exiſtat, altera in quattuor primis. Quoniam igitur ſuperius et iferius, dextrum et ſiniſtrū eidem et cōmuni principio iter ſe adnexa ſunt, principio., inquā, motus præcipuo, oportet, ut in cunctis, quæ motū loci a ſingulis efficere debent, omnium dictorum motuum cauſa definiatur aliquo modo, ordineturq; diſtātiis, quæ ſunt inter harum partium dicta principia, tum oppoſiti ordinis, tum etiam eiuſdem. Hoc autem eſt principium comune motuum animalis, a quo dextri et ſiniſtri, itemq; ſuperioris et inferioris motus proficiſcuntur. Et unū quodq; ita ſe habet, prout ad ſingula principia, quæ habentur in dictis partibus accedit. Apertum eſt igitur animalium ea ſolum, aut certe potiſſimum loco moueri, quæ duabus aut quattuor notis locum mutare ualent. Quia hoc ergo ſanguineis fere animalibus potiſſimum contingit, idcirco in eo genere nullum animal poteſt plus quattuor notis moueri. Quāq̄ ſi quod animal ſua natura quattuor notis moueri aptū eſt, id ſanguinis compos neceſſario exiſtat. Atq; ea quoq; dictis conſentiunt, quæ in animalibus cōtingunt. Quod nullum animal ſanguinis compos diuulſum uiuere ualet, ne minimum quidem temporis fere. Nam eius motus loci, quo mouebatur, cum eſſet cōtinuum, nec diſſectum, particeps eſſe minime ualet, cum in genere exangui ac multipede quorūdā diuulſorum ſingulis partibus uiuacitas diu perſiſtat. Quæ eodem motu moueri poſſunt, quo ante diuulſionem mouebantur. Vt centipedes appellati, et inſectorum cætera, ac in longitudinem porrectorum. Quia i his omnibus pars poſterior eodē agit inceſſum, atq; prior. Sed cur hæc diuulſa uiuant, ea cauſa intelligitur, quod pinde horū ſingula cōſtāt, ac ſi cōtinua eēnt, et ex pluribus animalibus cōſtituta. Vt ea ſeſe hēre, iā dicta ſatis declarāt. Nam q̄ potiſſimum ſcd̄m naturā cōſtāt, binis aut q̄ternis notis moueri apta ſunt. Similis eſt ſanguineorū ratio, qbus pedes negati. Hæc.n.q̄ttuor notis mouent, p quas motū agūt. Incedūt.n.binis iflexibus uſa, maxima ex parte. Nā dxtrū et ſiniſtrū, prius et poſterius i latitudine his hētur in utroq; flexu. In ea, igit pte, q̄ uergit ad caput, prior nota, dextra, ſiniſtraq; exiſtit. In ea, q̄ caudā ſpectat, ſūt notæ poſteriores. Vident āt moueri duabus notis, tactu pore, et poſteriore. Cuius cā ē anguſtia latitudinis, qm̄, et his ps dextra dux ē. Et ſ̄ſ̄det poſteriori, ut i q̄drupedibus. At flexuū, cā lōgitudo ē.

In eo.i. ſanguineo.

Diuulſum.i.diuiſum. Eius motus.i.iceſſus. Intelligit āt de utraq; pte auulſa. Nā ſerpēs, ſi diuellat, incedit, ſed pte priore. Cū poſterior ſeiūcta ſaliēdo moueat, non incedēdo.

Inſect. inſecta ut expōit Ariſ. de nat. ani.li.i. ca.i. ſūt, quorū corpus inciſuris pcingit aut pte tm̄ ſupina aut etiā pna. Quæ oia ſanguine caret te ſtatur in principio lib.iiii. eiuſdem operis.

Quoniã ut oblongi homines ingrediunt curui, et exerto ante dextro humero, ſiniſtram natem retrorſum potius inclinãt, mediumq; cauũ redditur et falcatum, haud aliter ſerpentes in terra notis falcatis moueri intelligendi ſunt, ut qui quadrupedum motus imitentur. Transferunt.n.particulatim cauum atq; deuexum. Nam cum rurſus ſiniſtra pars dextram praeceſſerit, e cõtrario iterum cauum efficitur. Quia rurſus pars dextra intus agitur. Nota dextra prior, eſt prima. Laeua ſecunda. Dextra poſterior, tertia: Siniſtra quarta. Sic autem mouentur ex terreſtribus ſerpentes. Ex aquatilibus anguilla. Congri. muraenae, et caetera quae ſpeciem anguinam praeferunt. Sed huiuſmodi aquatilium quaedam pinnis omnino caeent, ut muraenae. Sed utũtur mari nõ ſecus, atq; ſerpẽtes terra mariq;. Natãt.n.ſerpentes ſimili modo, ut cũ in terra mouentur. Alia binas tãtum pinnas obtinent. Vt cõger. Anguilla. Et genus quoddam mugilum, qui gignuntur in ſiphatum lacu. Et ob hoc minoribus flexibus in humore mouẽtur et in terra. Ea ſcilicet, quae in terra uiuere conſueuerunt. Vt anguillarum genus. Mugiles uero, q̃ duas habẽt pinas, flexu aequãt i humore quattuor notas.

Fruſtra. q̃ſi dicat fruſtra & ꝓter nãm ſerpẽtes hẽrent pedes cũ ſine pedibus icedere ualeãt ſuis flexibus.

SERPENTIBVS ideo ſunt pedes negati, quia natura nihil facit fruſtra. Sed in ſingulis, quae fieri poſſunt, ad optimum ſpectans, cũcta operat. Et in unoquoq; propriam ſubſtantiam conſeruat, et eſſentiam. Accedit quoq; cauſae id, quod a nobis ſupra dictum eſt, nullum ſanguinei generis pluſquã notis quattuor moueri poſſe. Ex quibus palã eſt, ſanguineorum, quae praecaetera corporis forma, immodica lõgitudine ſunt, ut ſerpentes, nullum poſſe ẽe pedatum. Nec enim poſſunt ea plus quattuor pedibus habere. Alioquin ſanguinis eſſent expertia. Quod ſi binos aut quaternos pedes haberent, eſſent paulominus immobilia prorſus, uſq; adeo tardus neceſſario, et inutilis eſſet motus.

Ea .i. ſãguinea & oblonga.

Salt. q̃ ſaliẽdo tãtũ mouenẽ.

QVIBVS pedes tributi ſunt, ea cuncta ipſos pari numero ſortiuntur. Que ſaltum modo uſurpat, ut ſe loco moueant, nihil ad hunc motum ꝑedibus indigent. Quibus ſaliendi eſt uſus, nec tamen is motus ſatis eſt, ſed inceſſum quoq; deſyderant, his partim cõmodior eſt pedum copia, partim ſine ipſis motus nequit ſuppetere. Habet uero pedes omne animal numero pari. Quia cum haec tranſitio particulatim fiat, non uniuerſo totoq; corpore, ut in ſaltu, neceſſe eſt in ingreſſu alteris pedibus conſiſtat animal, alteris moueatur. Et utrumq; oppoſitis faciat. Transferens pondus ab eis qui mouentur, ad eos qui conſiſtunt.

Alte. dextro ꝑo re & ſiniſtro poſteriore, uel oppoſitis ſi q̃drupes eſt. Si bipes dextro uel ſiniſtro.

conſiſtunt.quo fit ut trium pedum aut unius uſu nullum animal am bulare ualeat. Nam hoc pedamento caret, quo pondus corporis ful ciat. illud laborat oppoſita parte.ut fit neceſſe, quod ſic conatur mo ueri, cōcidat. At multipeda, ut centipedes, impari pedū numero igredi ualent, ut et nūc moueri cernūtur, ſi uno pede ab aliquo mutilentur. Quia oppoſiti ordinis pedum mutilationi reliqua utriuſq; ordinis pedum multitudine medentur. In quibus cōmutati pedis, uelut attra ctio a cæteris fit, non tamen ingreſſus. Cæterum dubitari non poteſt, quin et hæc pari numero pedum cōmodius ingrediantur, nullo deſy derato, ſed pedibus eregione mutuo ſibi reſpōdentibus. Sic.n.melius ualēt librare pōdus. Nec in alterutrū latus magis declinare, ſi reſpon dentia obtineant pedamenta; et nullum locum oppoſitorum pedum inanem. Procedit autem animal ingrediens ab utraq; parte uiciſſim: Namq; ita ſtatus imitatur figurā, quæ fuit ab initio. Ac cunctis quidē aīantibus pedes pari numero ieſſe diximus.et quā obrē, cā explicata ē; IAM nullo quieſcente, nec flexum cōſtare, nec directionem deinceps explicandum eſt. Flexus enim eſt tranſmutatio erecto in orbem aut in angulum. Directio mutatio ab horum alterutro in rectum. In cun ctis uero dictis mutationibus neceſſe eſt ad unam noiā fieri directio nem. At ſine inflexu nequit eſſe inceſſus uolatione aut natatio. Nam quibus pedes tributi ſunt, ea quia in utroq; oppoſitorum pedum ſin gulatim cōſiſtunt, et pōdus ſuſtinēt, neceſſe eſt, ut altero crurum præ cedente, alterum flectant. Siquidem crura oppoſita longitudine paria ſunt lege naturæ.et quod pondus ſuſtentat, rectum ſit oportet, qua ſi per pendiculum terra, contingens. Cum uero præcedit flexus produ citur, et ferre poteſt ſtantem magnitudinem et medium flexum. Sed quoniam crura æqualia ſunt, neceſſe eſt, ut quod manet, ingenuflecta tur, aut in flexura. Si quod ambulantium genu uacat. Rem autem ita ſe habere inditio eſt, quod ſi quis in terra parietem præter grediatur, deſcribetur nō recta linea, ſed diſtorta, quia deſcripta linea i inflexu de preſſior, in ſtatu et directione altior fit. Quāq̄ fieri poteſt, ut animal ſi ne poplite aut ſuffragine moueatur. Ritu infantium, qui ſerpere ſolēt. Ac ut de elephantis ſermo ferebatur. Antiquus ille quidem, ſed mi nime uerus. Mouentur tamen quæ huiuſmodi ſunt, facto in ſpa tulis aut coxendicibus flexu. At Rectum in cedere et continuo et tute nullum poſſet. q̄q̄ moueri poſſet, ut paleſtritæ, qui per arenam ſu per genibus procedunt. Nam cum multa ſit pars ſuperior, ut

Hoc.i.qđ uno pede ingredi conatur. Illud quod tribus

Alter.ab orbe uel ab angulo.

Oppoſita. ut priora interſe et poſteriora iˀ terſe. Nam ſi priora poſterio ribus, cōparen tur falſum eſt. Quia poſterio ra lōgiora ſūt. præſertī ſalien tibus ut docet Ari.li.iiii. de na.ani.ca.vii. Sed dicunt op poſita dextri & ſiniſtri ratio ne, & quia ſibi eregiōe tēdēt.

Infan.infantes quia genua car noſa & parum diſcreta habēt, cū aliquo ac cubantes am bulāt, crura nō ea parte ſed in coxendicibus. flectūt. Quidā ēt putauerūt, ſed falſo, ele phātes genuū flexuris carere

crus procerum habeatur, ratio eſt, ac proinde neceſſaria inflexio. Nã ubi rectum ſteterit, aut concidet, cum minuetur rectitudo, aut nõ procedet. ſi enim cum alterutrum crus erectum eſt, alterum præceſſerit, maius erit, cum ſit æquale: hoc enim ſuſtinebit et quieſcens et baſim. Neceſſe eſt igitur, flectatur, quod præcedit, et flexum ſimul alterum extendat, quia crura triangulum æquilaterum efficiunt, et caput inferius ſit, cum perpendiculum fuerit, qua parte inceditur.

Vndatim.i.inſtar undarum.

Arcuatim.i.cũ mouent, elata media pte ſpeciẽ arcus pbẽt.

QVAE pedibus carent, ea partim undatim incedunt, quod bifariam contingit, nam quædam in terra ſerpentum more curuantur, quædam arcuatim, ut erucæ. eſt autem undatio inflexio quædam, partim contractionis uſu procedunt, ut inteſtina terræ appellata et hirudines. Hæc.n. parte priore procedunt, et totum reliquum corpus ad hanc contrahunt, et hoc modo ſe de locis ad loca transferunt. Porro confeſſum eſt, non aliter animalia quæ undatim procedunt, moueri poſſe, quam ſi duo inflexus uno ſint maiores. quia ſi flexus, qui extenditur, æqualem flexum complecteretur, nihil procederent. Nunc autem flexus extentus exuperat, et hoc quieſcente, reliquũ impellit. In cũ ctis uero dictis mutationibus, quod mouetur, id iã extentũ in rectum progreditur. Iam curuatum. ex tentum præeuntibus partibus, curuatum ſequentibus. Quæ ſaliunt parte corporis ſubiecta flexus agunt, et ad hunc modum ſaltant. Volatilia directionem inflexumq; alarum alternantes uolant, natantia pinnarum. Sed hæc partim quattuor pinnis, partim duabus, quæ forma non admodum procera conſtant, ut anguillarum genus. Reliquum autem motum pro duabus pinnis cæteri corporis in flexu perficiunt, ita uti diximus. Piſcium plani tum corporis latitudine duarum pinnarum defectum penſantes, tum etiam duabus pinnis utentes natant. Quæ uero admodũ plana ſunt, ut raia, ea eiſdem pinnis et corporis extremis orbibus natationem complent directionis et inflexus uicibus.

Nũc.i.quomõ nunc flectunt.

Nõ ad. hæc negatio q̃ ẽt i uulgata græci uoluminis editione habet delẽda mihi uidet. Nã piſces quo pceriores ſũt, eo minus indigẽt pinnarum remigio, quod anguillarũ ẽt exẽplũ ſuadet.

SED quærat aliquis, quomodo aues uel in uolatu uel cum ingrediuntur, quaternis notis mouentur? quaſi uero dictum ſit, cuncta in ſangineo genere quaternis moueri, et non potius, non plus quaternis. quãq̃ ne uolare quidem poſſent, ablatis pedibus, nec ingredi abſciſſis alis. Cum nec homo ambulet, ut humeros idem non moueat. Sed omnia, ut explicatum eſt, mutantur in flexu et productione. Et enim omnia in ſubiectum quadam tenus ac uelut in cedens progrediuntur. ut ſit neceſſe, ſi non alia ex parte inflexus fiat, at certe unde principium

manat

manat pennarum, totipennis. Alarum auibus. Proportionalium, eius partis cæteris, ut piſcibus. His uero, quæ mouētur more ſerpentum in flexuris corporis flectendi principium adeſt.

Totip. totipenna appellat quoq; pēna caret fiſſura. Vt ſcarabæi.

CAVDA uero perinde uolucribus dirigitur uolatus, ut gubernaculo nauis tēperatur. Sed hæc i cōmiſſuris quoq; flecti neceſſe eſt. Quare totipenna, et ex his quæ diſciſſas habent alas, quibus cauda ad prædictum uſum inepte conſtat, ut pauones, et gallinacei, ac omnino parum uolacia haud recte incedunt. Nam, quæ perpetua penna integūtur, his prorſus eſt cauda negata. Quare, ut nauigiū ſine clauo, quo caſus quodq; tulerit, ultro citroq; uagātur. Similis eſt ratio eorum, quæ pennas quaſi uaginis incluſere. Vt canthari, et gallerucæ. Et detectorum, qualis eſt apes, et ueſpa. Item uolacia, quibus cauda inutilis eſt, ut porphyriones, ardeolæ, et cuncta natatilia, pedes pro caudis producentes uolant. Et in uolatus directione pro cauda utuntur cruribus. Quæ alas uagina itectas habēt, his grauis, nec firmus ſuppetit uolatus, quippe quibus alarum natura pro corporis grauitate inepte conſtat. Cum grauitas multa ſit, alæ exiguæ, ac debiles habeantur. Quæ non ſecus uolatus uſurpant, ac ſi nauis oneraria conetur remis nauigare. Imbecilitas quoque alarum, et naturæ ipſorum nō nihil cōfert ad id, quod dictum eſt. In genere auium pauoni cauda, tum ob magnitudinē inutilis eſt, tum quia decidua eſt, nihil prodeſt. Porro aues pennarum naturam longe aliam ſortitæ ſunt, quam totipenna. Præſertim, quæ in illo genere celerrime uolāt, quales ſunt unguibus aduncis prædictæ. his enim celeritas uolatus uictui accomodatur. Quibus cæteræ corporis partes ad proprium motum congruere uidētur. Quippe omnibus paruum caput adeſt. Collum gracile. Pectus firmum et mucronatū. Nam mucro facilitatem facit eundi, ceu prora nauigii lembi. Robur adnatæ carnis, ut incurſantem aerem facile, et citra laborem trudere queāt. Partes poſteriores leues, ac rurſus in acutū faſtigiatæ. Vt priores ſequantur, nec aerem amplitudine trabant. Sed de his hactenus.

Hæc.i.caudas.

Perp.i.nō interpellata fiſſuris

Detec. detecta inſecta ſunt, q̄ nō integuntur uagina.

Mucronatū.i. acutū, faſtigiatum.

ANIMAL, cuius ingreſſus erectus eſſe debet, hoc ut bipes ſit, ratio poſtulat. Habeatq; partes ſupernas leuiores, his ſubiectas grauiores. Hoc.n. dūtaxat modo conſtitutum, facile ſe ipſum ferre poteſt. Quā obrem, cum homo ſolus animalium erectus ſit, cura hābet præ ſupernis corporis partibus maxima, et robuſtiſſima inter animalia pedata.

Pomil. i. nani. quoq; propriũ ẽ, ſupnas pręſ maiores & robuſtiores infer nis habere.

Declarant hoc, et quæ infantibus uſu ueniunt. Qui idcirco erecti ne queũt incedere, quia omnes pomiliones ſunt, et maiora robuſtioraq; ſuperna obtinent, quam pro ratione inferiorum. Sed procedente ætate, inferiora magis in crementum ſumunt, donec iuſtam magnitudinem adipiſcantur. Et tunc demum corporibus erectum ingreſſum faciunt. Aues autem cum leues ſint, binos obtinent pedes, quia grauitas his parte poſteriore ineſt, ut ſolent equos æneos fabricare, prioribus cruribus eleuatis. Cauſa uero potiſſima, cur ualẽt binis pedibus cõſiſtere, ea intelligitur, quod habent clunes femoribus ſimiles, ac huiuſmodi, ut bina femora habere uideantur. Alterum in crure ante ſuffraginem, alterum quod a ſede huic parti adiunctum eſt. Quod re uera non eſt femur, ſed clunis. Quod ſi tale non eſſet, aues nõ haberent binos pedes. Nã ut hominibus et quadrupedibus, ſic auibus abreui clune femur et crus reliquum ſequeretur, eſſet q; harum corpus nimis propenſum. Nunc uero, cum oblongum ſit, ad aluum uſq; mediam porrigitur, ut hinc cõfirmata crura totum corpus ferãt. Quo declaratur, non poſſe aues perinde erectas eſſe, ut homines. Etenim pẽnarum natura ceu corpus obtinens ad hũc modum recta nunc utilis eſt, eadem erectis incommoda eſſet. Vt ſolent cupidines aligeros depingere. Simul prædictis patet, non poſſe hominem, aliud ue ſimilis formæ animal aligerum eſſe. Nõ ſolum quia ſanguineum exiſtẽs, plus quattuor notis moueretur, ſed quoniam his alarum habitus in utilis eſſet ad motum naturalem. At natura nihil præter naturam facit. Sed nullum in ſanguineo pedatoq; genere citra flexum in cruribus humeris ue, et coxendicibus procedere poſſe, explicatum eſt. Flexũ præterea eſſe impoſſibilem, nullo quieſcẽte. Diximus et homines aueſq;, cũ binos habeãt pedes, in diuerſum tamẽ crurum flexus agere, et quadrupedes diuerſo modo inter ſe, et ab homine ſuffragines curuare. Homo enim brachia in cauum flectit, crura in deuexũ. Quadrupedes crurum priora in deuexum, poſteriora in cauum. Et aues ſimiliter. Cuius cauſa eſt, quia natura nihil nec quicquam operatur, ut dictum eſt. Sed ex poſſibilibus ſpectat ad optimũ qđq;. Quare in cũctis animalibus, quæ ſe natura cruribus loco mutare ualent, cum, quodcunq; crus cõſtiterit, eo pondus ſuſtineatur, oporteatq;, cum ante ſe moueantur, pedem præeũtem poſitione leuẽ eſſe, ac rurſus in continuo inceſſu ad hunc transferri pondus, ſatis patet crus neceſſario flecti, rurſuſq; in directionẽ produci, manẽte nota præmiſſi pedis, ac tibia. Hoc uero cõtingere,

Sang. dictũ eſt nullũ aial ſanguineum plus quattuor notiſ moueri poſſe. At ſi hõ hẽret alas ſex notis moueret. ſ. binis crurib', binis brachiis, binis alis.

ſimulq;

ſimulq; animal procedere, ſi crus præcedens flexum habeat in partem priorem, poſſibile eſt, ſi retrorſum, impoſſibile. Ita.n. præmiſſo corpo re, fiet cruris extenſio, illo modo, reducto. Iam ſi flexus eſſet in partem poſteriorem:, per duos motus inte ſe pugnãtes fieret pedis poſitio, al/ terum in poſteriorem, alterum in priorem partem, Neceſſe eſt enim, ut in ſuffragine extremum femoris, pedẽ retrorſus agat, ſura ante mo ueat ab ipſa flexura. At ſi flexus ante fiat, dictus inceſſus non cõtrariis motibus, ſed uno i partẽ priorem, continget. Homo igitur cum bipes ſit, et cruribus naturaliter loco moueatur, merito ob dictã cauſam cru ra flectit ante, brachia in cauum. Quæ brachia ſi in diuerſum curuarẽ tur, inutilia eſſent ad uſum manuũ, cibiq; ſumptionẽ. Quadrupeda, quæ animal generãt, priora crura, quia ingreſſus duces ſunt, et i prio re corporis parte habentur, in orbem flectunt, ob eandem atq; ho/ mines cauſam. Hactenus enim ſimiliter habent inter ſe. Nam quadru peda quoq;, ut dictum eſt, ante flectunt. Quia huiuſmodi flexus in cauſa eſt, ut ualeant admodum pedes attolere. Qui flexus ſi contra ageretur, parum ipſos a terra eleuarent. Quia in inceſſu totum femur atq; genu, cui tibia coniungitur, ſub uentrem ageretur.

POSTERIORA uero crura ſi ante curuarentur, quia ſimili/ ter pedes his attolarẽtur, atq; prioribus, breuis eſſet pedum elatio, ſcili cet pro crurum elatione, femore et flexura utrorumq; in locum uen/ Vtrorumq; priorum & po ſteriorũ crurũ. tri ſubditum procidentibus. Sin aũt retrorſum, ut nunc, in tali motu pedum nihil ipſis obſtaret ad inceſſum. Age uero lactantibus, et ſimi/ lia munia obeuntibus, quã neceſſe, aut certe quanto cõmodius ſic cru ra flectũtur? Haud enim facile eſt, intus curuãtes fœtus ſub ſe admitte re ac protegere. Cum autem flectendi quattuor ſint modi ſecundum copulas, neceſſe eſt enim aut in cauum, tum priora, tum etiam poſte riora crura flectantur, qui primus eſt modus, aut in contrarium hoc eſt in deuexũ, qui eſt ſecũdus, uel auerſa inter ſe, nõ aduerſa, ut prior ra in deuexum flectantur, poſteriora in cauum, qui tertius, aut diuer ſo ab his modo, ut deuexa aduerſa inter ſe curuentur, caua foris, q̃ ẽ quartus modus, primo, uel ſecũdo modo nullum nec bipedũ, nec quadrupedum flectit, tertio quadrupeda, quarto ex quadrupedibus nullum, excepto elephanto, homo brachia et crura. Nam brachia cur/ Except. Plini/ us author gra/ uiſſimus li. xi. c.xliiii. Vrſum uat in cauum, crura in deuexum. Sed hæc membra in hominibus alter nis flexuras euariant: uerbi gratia, cubitus in cauum flectitur, brachia

le in deuexum, turſuſq; humerus in deuexum. Eodem modo ĩ cruribus, femur in cauum, genu in deuexũ curuatur, pes ediuerſo in cauũ. Inferiora diuerſo modo, ac ſuperiora flecti certum eſt. Nam principia in contrarium flectuntur, humerus in deuexum, femur in cauum. cubitus in cauum, genu in deuexũ. brachiale in deuexum, pes contra in cauum. Ac flexus quidem crurum ad hunc modum ſeſe habent, et ob has cauſas. …

MOVENTVR autem poſteriora ad priora per diametrũ. Mouent. n. ſiniſtrum poſteriorum poſt dextrum priorum. Deinde ſiniſtrum priorum poſt hoc dextrũ priorũ. Cuius cauſa eſt, quia ſi priora primum ac ſimul mouerent, diſtraherentur, pronaq; fieret ambulatio. Qualis his, quæ parte poſteriore attrahuntur extenſione. Adde, quod hic non iam inceſſus eſſet, ſed ſaltus. Atqui difficile eſſet ſalentem continuum progreſſum facere. Argumẽto, quod etiã nunc equi huiuſmodi motu celeriter fatigantur: ut in pompis laſciuientes. Seorſum igitur prioribus, poſterioribuſq; cruribus has ob res non mouentur. Quod ſi utriſq; dextris primum mouerentur, fulcimentis deſtituta conciderent. Cum ergo ſit neceſſe, horum modorum alterutro fieri motum, aut per diametrum, et illorum neutro ſit poſſibile, neceſſariũ eſt, ut fiat per diametrum. Sic. n. ut dictum eſt, neutrum incommodũ eis contingere poteſt. Et ob hoc equi, et cætera ſimilia conſiſtunt, proiectis cruribus per diametrum, non utriſq; uel dextris, uel ſiniſtris, ſimul. Ac eodem modo mouẽtur, quæ plus quattuor pedibus prædita ſunt. Nam ſemper ex quattuor conſequentibus pedibus priores ad poſteriores mouentur per diametrum, quod in his, quæ lẽto gradu incedunt, clare depræhenditur. Cancri enim, qui de genere ſunt multipedum, ad hunc modum mouentur. Cum per diametrum ſemper moueãtur, quocunq; inceſſerint. Quandoquidem hoc animal peculiari modo mouetur. Quippe quod ſolum non in priorem partem, ſed in obliquum fertur. Cæterum, quia pars prior oculis definitur, natura oculos ita molita eſt, ut poſſent pedes aſſectari. Quia cancrorum ocu … li mouentur …

quoq; & Simiaз excipit. Qui ſic ait. Hominum genua; & cubiti cõtraria. Itẽ Vrſis & Simiarũ gñri, ob id minime pernicibus. Quin & ipſe Ariſto. de na. ani. lib. ii. c. viii. Simiã hominis mõ brachia, & pedes inflectere ait. Hoc eſt qđ circũferẽtiæ mẽbrorũ utrarũq; obuerſæ inter ſe adducantur. Ac ne alieno teſtimonio innitamur, nos ipſi Bononiæ ĩ utroq; aiali hoc ucre eẽ ꝓpriis oculis obſeruauimus. Vt merito miremur Ariſt. hoc in loco Elephãtum mõ excipere. Niſi forte utrũq; ħ genus bipes eẽ maluit. Cũ priora brachia potiuſq; crura ĩ his appellãda ſint. Quibus hõis more quodãmõ utũtur. Nã & Ari. de na. ani. li. ii. c. viii. ſunt, inquit, q̃ natura ancipite, prim hoiem, partim quadrupedẽ imitenť, uelut Simiæ, Cebi, Canicipites. Quibus Ariſ. exẽplis Vrſus põt annumerari. Qui & bipes ſæpe incedit ſuffarcinatus aluea riis. Et ne qs putet hoc in loco ſui oblitũ Ariſtotelẽ fuiſſe, ſolũ Elephantũ, in lib. quoq; citato. c. i. excipit.

Qualis his. quæ contrahendo mouentur. Hæc. n. partem priorem præiiciũt, & cæterum corpus ad eam trahunt, ut ſupra diximus.

Ex q. inter quattuor pedes, qui proximi ſunt inter ſe.

Quocunq;. ſeu in latus moueantur, ſeu ante ſe.

Oculis. i. pars prior eſt, quo oculi ſpectant.

li mouentur in obliquum. Prorſus ut ob id quodammodo cancri ante ſe moueantur. Aues crura perinde flectunt, atq; quadrupeda: quarum natura ſimiliter quodammodo ſeſe habet. Quoniam aues pro prioribus cruribus alas ſortiuntur. ac proinde his ita flectuntur alæ, ut quadrupedibus priora crura. Quia i progreſſu motus auibus principium mutationis ab alis ſuggeritur. Auium namq; proprius motus eſt uolatus. Quo fit, ut alis diuulſis, nec conſiſtere queant, nec progredi. Ad hæc, cum bipedes ſint, nec erectæ, habeantq; leuiores corporis priores partes, neceſſe eſt, aut certe cõmodius ad ipſarum ſtatum, ut ſic habeant ſubiectum femur, ſic in quam, ut in poſteriora uergat. Qđ, ſi ad hunc modum ſe habeant oportet, neceſſe eſt, ut crura in cauũ flectantur, ut poſteriora quadrupedum, ob eandem cauſam, quæ in quadrupedibus animal generantibus reddita eſt. Omnino uero auibus ac uolucrum totipẽnis, item natatilibus, quæ per humorem inſtrumẽtis incedunt, dictas partes commodius a latere adiunctas eſſe, ut nunc cernimus in auibus, ac totipennis, intelligere in promptu eſt, id quod in piſcibus quoq; patet. Auibus enim alæ; piſcibus pinnæ, totipennis ipſæ pennæ a latere cõmiſſæ ſunt. Sic enim cætera aerem, piſces humorem celerrime, ac magna ui ſecantes mouentur. quia partes corporis cũ feruntur, cedenti ante retrorſumq; ſuccedere ualent, tum in aqua, tum in aere.

Inſtrumentis: pinnis. uel pedibus, nõ flexibus tantum.

QVADRVPEDA uero ouipera, quæ cauernas ſubeũt, ut Crocodilus, Lacerta, Stellio, Lutaria, Teſtudo omnia a latere ad nata crura poſſident, ac humi expanſa, flectuntq; in obliquum, ob eorum facilitatem, ac ut commode oua incubare tueriq; ualeant. Quæ crura cũ foris uergãt, neceſſe eſt, ut hæc animalia cõtractis femoribus, et ſub ſe adactis corpus attollant. Quo facto, aliorſus ac foris, flexus agi impoſſibile eſt. Pedatorum autem exanguia, multipeda eẽ, nullumq; ipſorũ quattuor pedibus conſtare, dictum antea eſt. Sed quare horum crura, extremis exceptis, a latere adiuncta eſſe neceſſe ſit, ac ſuperne flecti, in partem poſteriorem reducta, apertum eſt. Si quidem cuncta crura media in hoc genere ducere, eademq; ſequi, neceſſarium exiſtit. Quod ſi his adeſt, oportet, eadem in priora, et poſteriora flexuram habeant, ad ducendum in priora, in poſteriora ad ſequẽdum. Et quoniam utrũq; neceſſario contingit, diſtorta ſint, et in obliquum flexuras obtineant, exceptis extremis. hæc enim pro commoditate ſequendi, ducendi ue

flexuras habent. Præterea, ut curuentur ad hũc modum, crurũ quoq;
copia in cauſa eſt. Nam ſic minus inter ſe impediunt in inceſſu, offen/
dũtq;. Ideo aũt his crura ſunt blæſa redactaq;, q̃a hæc oĩa, aut magna
ex parte cauernas ſubeunt. Quod facere nequirent, ſi alta crura poſſi/
derent. Sed inter multipeda cancri ad modum peculiarem naturam

Præt. non mouentur ante, niſi quia incedũt quo oculi ſpectant. ut ſupra dictum eſt.

ſortiti ſunt. Nec. n. ante uerſus incedunt, præterq̃, ut modo diximus.
Et ſoli aĩaliũ plures pedes duces habent. Cuius cã eſt, tũ pedũ durities,
tũ quia pedibus ingreſſus non natationis cauſa utunt͂, ut q diu pede/
ſtres ingredi ualeant. Breuiter oĩum multipedũ flexus in obliquũ agũ
tur, perinde atq; quadrupedum, quæ cauernas ſubeunt, qualia ſunt
Lacertæ, Crocodili, et magna pars eorum, quæ oua pariũt. Cuius cau
ſa eſt, quia partim in cauernis pariũt, partim ĩ his omnino uitã agũt.
Sed aliorum crura id circo blæſa ſunt, quia mollia, Locuſtarum, cum
dura cortice integantur, pedes natationi, nõ ingreſſui accõmodãtur.
Cancrorum flexus in obliquum agitur, etiam quod crura quoq; ipſo
rum blæſa ſunt, ut ouiperorum ſanguineorum, ac multipedũ, quia

Nec nat. i. non ad modũ natatione utuntur. Nec eni, ob ea prorſus abhorrent.

dura cruſta, et teſta ſilicea integuntur, cum iidẽ nec natatiles ſint, nec
cauernas ſubeant. Agunt enim uitam littoralem, et forma orbiculari
ſunt. Caudam his natura negauit, eandem locuſtis tribuit. Quia his
ad natandum uſui eſt, cancri non ſunt natatiles. habentq; latera
poſteriori parti ſimilia. quoniam plures pedes habent duces. Huius
cauſa eſt, quia non curuantur ante nec reducuntur. Blæſitatis cauſam
eſſe cruſteam, ac teſtaceam duriciem, ſupra diximus. Ob hæc igitur ne
ceſſum a, oĩbus pedibus producãt, et in obliquũ, ĩ obliquũ, q̃a pedes
curuantur in latus. omnibus, quoniam aliter, quieſcentes mouẽtibus
impedimento eſſent. Piſciũ paſſerini generis natatio ingreſſum eorũ
imitatur, qui habent oculos a latere. ut quorum natura diſtorta ſit.

Plani. q̃ pedes hñt planos latos ue. ut anates.
Hac for. latitudine pedũ pinnarũ indigẽtiã cõpenſantes.

AVIUM planipedes pedibus natant. quæ quia aerem admittunt
ac ſpirant, bipedes ſunt. Quia in humore uerſantur, pedes habent pla
nos, hac forma præſtantes pinnatum uſus. At crura non aliarum ri/
tu in medio, ſed in poſteriora magis reducta poſſident. Quæ crura,
quia breuia ſunt, eo ſitu natationi accõmodãtur. Sunt uero id genus
auibus breuia crura data, quia, quod lõgitudini crurum ademit natu
ra, hoc pedibus appoſuit. et crurum breuitatem eorundem craſſami/
ne, ac pedum latitudine penſauit. Cum ſit craſſamen commodius ad
impetum natandi, quam proceritas.